

FRANCISCI STYPMANNI,
JURISCONSULTI ET ANTECESSORIS
IN ACADEMIA GRYPHISWALDENSI,

TRACTATUS

DE

REFERENDARIIS

ET

EORUM OFFICIO
IN LEGENDIS ACTIS.


CUM

*SUMMARIIS AC INDICE RERUM
ET VERBORUM,
IN HAC POSTREMA EDITIONE
MULTIS IN LOCIS AUCTION
ET CORRECTION.*

WETZLARIAE,
Typis & Impensis NICOL. LUDOV. WINCKLERI
ANNO MDCCXXIX.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I. DE Referendariorum Origine, Descriptione & Distinctione in Referendarios Majoris Ecclesiae, Sacri Palatii, & Actorum.	Pag. 1.
II. De Potestate constituendi Referendarios, & quibus competat.	14.
III. De Referendariorum Animi, Corporisque Bonis, & eorum Numero.	17.
IV. De Vocatione Referendariorum & Juramento.	24.
V. De Actis, quo Ordine, Tempore & Loco legi debeant.	28.
VI. De Modo & Forma referendi Acta.	40.
VII. De Conceptione Sententia: & incidenter de Rotulatione & Transmissione Actorum.	46.
VIII. De Referendariorum Præmiis & Poenis.	71.



CAPUT I.

De Referendariorum Origine, Descriptione & Distinctione in Referendarios Majoris Ecclesiae, Sacri Palatii, & Actorum.

S U M M A R I A.

1. *Oscasio, & Rationes Scripti.* 2. 6. 7. 8. 9. 10.
3. *Munus Referendi arduum.* 4. 5.
11. *Referendariorum Nomen an Latinum?* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
19. *Aliæ Referendariorum appellations.* 20.
21. *Hodiè Referentes & Correferentes dicuntur.*
22. *Relatio, relatus quid?*
23. *Quæ olim Relationes in Senatu.* 24. 25.
26. *Quibus Magistratibus fùs Referendi ad Senatum.* 27.
28. *Principes ipsi potuerunt ad Senatum referre.*
29. *Principum Relationes, Orationes dictæ.*
30. *Relationis Definitio.*
31. *Relatio Irenarcharum quæ?*
32. *Quomodo facta.* 33. 34.
35. *Relatio seu Retorio Criminum quæ?*
36. *An ea licita?* 37. 38. 39.
40. *Aliæ Relationis acceptiones.* 41. 42.
43. *Relatio quæ Appellationi conjungitur, non planè huic diffinita.* 63.
44. *Hac quid?*
45. *Super Jure non Facto missa.*
46. *Quomodo olim, & postea Principe alium Modum prescribente.* 47. 48. 49. 50.
51. *Originalibus per Notarium factis creditur.*
52. *Habet etiam locum in Criminalibus.* 53.
54. *An etiam post Sententiam Definitivam.*
55. *Intellexus l. 6. §. 1. ff. de interdict. & relegat.*

A

§6. Sm-

56. *Sensus l. 6. §. 9. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. Testamento.* 57. 58.
 59. *Effektus Relationis.* 60. 61.
 62. *Hæ Relationes sublata.* 63.
 64. *Exceptio est, si super Legis sensu dubium.*
 66. *Variae significations vocis Referre traduntur.* 67. 68. 69. 70. 71. 72.
 73. *Referendariorum Definitio.*
 74. *Distinctio.*
 75. *Referendariorum Majorum Ecclesie qui & quod eorum Officium.* 76. 78. 79. 80.
 81. 82.
 77. *Major Ecclesia qua?*
 83. *Referendariorum Sacri Palatii qui?*
 84. *Quod eorum Officium.* 85. 86.
 87. *Unde sic dicti.*
 88. *Vox Palatinus multis rebus tribuitur in Jure.* 89. 90. 91.
 92. *Imperatores olim habuerunt fixam Sedem.* 93. 94.
 95. *Hodiè non.* 96.
 97. *Comites Palatini qui?*
 98. *Comites Palatini Lateranensis Palatii cur ita dicti.* 102. 103.
 99. *Qui eos crevit?* 100. 101.
 104. *Palatum cur Sacrum dicatur.* 105. 106.
 107. *Quæ res præterea in Jure Sacra dicantur.* 108. 109. 110.
 111. *Loca quedam Jus Asyli habent.* 112.
 113. *Similitudo Referendariorum cum Cancellario non ubique est.* 114. 115. 116.
 117. *Referendariorum Sacri Palatii sunt in duplice differentia.* 118. 122.
 119. *Quod Exemplis demonstratur.* 120. 121. 123.
 124. *Judicium Aulicum, sicut Camera, Summum est Imperii Judicium.* 125. 126.
 127.
 128. *Eius inspectio ad Electorem Moguntinum pertinet.* 129.
 130. *Negotia varia huc spectant.* 131.
 132. *Ratio redditus cur dicatur der Reichs-Hof-Math.* 133.
 134. *Describitur ejus Forma.* 135.
 136. *Recensentur qui in hoc Judicio Referendariorum fuerunt.* 137. 138.
 139. *Referendariorum Actorum qui?*
 140. *Eorum Officium.*
 141. *Referuntur qui illud sustinent.* 142. 143.
 144. *Causarum publicarum Relatio hodiè plerumque per alios expeditur.* 145. 146.
 147. *Hodiè propriè Referendariorum qui Acta legunt, & ex illis referunt.*
 148. *Eorum Officium ubi descriptum, traditur.* 149. 150.

De



E Referendariorum quod aliquid in lucem mittam causas habeo, & quod illo Officio sepius in Consistorio Ecclesiastico, & ter per Annum Decani in Facultate Juridica Munus obiens, functus fuerim, expertus ubique magnam esse Provinciam, quæ non temere Dupondio Juris, sed Homini maximum temporis in Jure versato committi possit & debeat. Agnosco etiam lubens meam imbecillitatem, quam seniorum meorum Dominorum Collegarum, quibus exinde magnam reverentiam debo, Experientia, & Peritia firmavit, & quia non ubique sapimus saepius correxit. Miror ergo quid hodiè in mentem veniat recens ab Academiis venientibus, quod ad illud Officium tam properè festinent, quasi omnia ibi levia essent & trita, quod vitium est crudorum ingeniorum suam nolentium imbecillitatem prius examinare, quam facta aliorum ad ignorantiae suos scopolos pessimo publico privatoque alliserint. Ego quidem Leges præscribam nemini, nec Seculum nostrum fert monitores, vel cupit ab alio doceri, sed finam unumquemque suo abundare ingero, saltem ne Studiosi Juris, quos jam per aliquot Annos in hac Academia totum Jus repetitis vicibus docui, aberrent, volui eorum petitioni, quam fecerunt, edoceti parum diligentiam sibi prodeesse, si Jura nescirent Factis applicare, vel Factum propositum ad Jus explorare, & de eo ordine, ut decet, Judicium ferre, non deesse, & illis brevem Methodum tradere, qua possint Juris Ordinem percipere, & de casu proposito si qua Reipublica pars ipsis modo gubernanda credatur rectum judicium ferre. Spero me à Discipulis meis quos lubentissime vellem ut sub me proficerent, gratiam habitum, si qui alii etiam non aspernabuntur nostrum labore, sumprofero occasionem in majoribus meam benevolentiam & promptitudinem illis exhibendi.

Referendariorum Nomen Cochleus annotante Prato in Lexico Juri Civil. & Canon. in barbararum dictionum classem rejicit, quod forsan ex non obvia derivatione statuit, insufficiente ratione, cum optimè à verbo *Referre* ejusque significatione deduci possit, nec opus nimis delicatè in derivationes inquirere, cum res aperta est. Illud certum est tempore Theodosii, Valentiniani & Justiniani, quo nondum purior Latinitas desedit, in usu id nomen fuisse, vid. l. 2. Cod. de offic. ejus qui vicem alicuj. Jud. vel Praefit. obtinet. Novell. 10. 123. & 124. Cassiodorus, qui vixit imperante Anastasio, & ab Epistolis fuit Theodorico Gothorum Regi, Vir magnæ Dignitatis & Eruditionis, ut eum Vossius de Histor. Latin. lib. 2. cap. 19. nominat, lib. 6. Varior. cap. 17. de sublimi Referendariorum Officio

A 2

diffic-

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15. differens, Latinitati non insuetam fuisse vocem docet. Nec minus id apud Procop. *de Bello Perlico Ammian.* lib. 4. cap. 41. invenire est. Si quis hinc etiam defectus tanti non est, sapè enim tam propter multitudinem rerum, quæ nomina superant, l. 4. ff. *de prescriptis verbis.* quām Officiorum in Oriente nomina variarunt, & duplicata prodierunt, Panciroll. 16. in tractat. *de Norit. Imperial. per tot.* Nec infrequens in Jurisprudentia præsertim publica vocabula arripere, quæ ad Latinitatem collata horrida sunt, & dura, quod passim Disputationes de Phalburgeris, Austrægis &c. docent. Tempora enim variant, & Imperii Status, unde necesse fuit vocabula sumere vulgi intellectui aperta, & rerum novitati multitudinique asperis vocabulis succurrere. Quod si etiam alicui nova vocabula nauseant, aliud ipsi par usurpare potest. Sic alio nomine ab Officio vocantur Renunciatores sive Reportatores, Budæus in l. fin. ff. *de Senator.* 18. Enarratores, Anton. Nebrissens. in *Lexic.* Recitatores, quod alii Fasti 19. Causarum recitent. Accuratius Relatores, quod referant Causarum Circumstantias & Ordines, Balb. ad Cicer. ibi: *Incipiant sperare etiam, Consilio Senatus Authore te, illo Relatore, Po[n]n, & Cesarem conjungi posse.* Hodiè in Camera Imperiali & aliis Principum Judiciis communiter Referentes, & Correferentes dicuntur, *Ordinat. Cum. de Anno 1555. part. 1. tit. 10. §. 4. & ult. Pomerische Hof-Gerichts-Ordnung part. 1. cap. 1. pag. 9. & seq.* vocabulo conveniente Officio, & simul maximè Latino.
22. A Referendariorum Actus ipse dicitur Relatus, Tacit. lib. 5. Hist. ibi: *Neque enim Relatu Virtutum in comparatione opus est; vel Relatio, quæ in genere est Rei Narratio vel Recitatio, Justin. lib. 2. ibi: In Relatione Rerum à Scythis gestarum.* Olim Relationes erant Propositiones quæ de re aliqua in Senatu proponebantur disceptandæ, Senatorumque Sententiis determinandæ. Inde apud Authores referre rem aliquam ad Senatum, & referre de re aliqua, ἀναφέγγειν πρὸς τὴν σύγκλητον, Cicer. lib. 2. *de Catilinar.* ibi: *Reliquis autem de Rebus constituendis, maturanlis, agendum jam ad Senatum referemus, hoc est, in Senatu agitandas decernendasque proponemus.* Virgil. lib. 3. Æneid. *Delectos Populi ad Proceres primumque parentem.* Monstra DEUAI refero.
26. Referre autem ad Senatum propriè erat Consulum aut eorum, quibus cogendi Senatus erat potestas, veluti Dictatorum, Prætorum, Tribunorum Plebis, Interregis, & Præfecti Urbis, Rosin. lib. 7. *Antiquitat.* 27. Roman. cap. 7. §. per quos. & putat Lipsius de *Magnitud.* Roman. cap. 7. ab illa Relatione propriè Consules nomen accepisse, illudque ipsorum Manus oppressâ eorum potestate sub Principibus illis remansisse, Lipsius dicit. loc. in fin. Ita tamen ut liberum Principibus manserit, si ipsi aliquid in Senatu refer-

referre vellent: quo spectant Orationes Principum in Senatu recitatæ, & super quibus auditis Senatorum suffragiis postea Senatus consulta confecta sunt, l. 8. princ. ff. *de Transaction.* l. 1. & 2. *de Feris.* l. 3. *de Fugitivis.* l. 16. *de Sponsalibus.* l. 16. *de Ritu Nuptiar.* l. 32. *de Donation inter Vir. & Uxor.* l. 1. §. 3. ne de statu defunctor. l. 4. ff. si libertus ingenuus esse dicatur. Gothofred. ad l. 16. ff. *de Ritu Nuptiar.* & l. 7. Cod. de pred. minor. Briffon. lib. 1. *Antiquitat.* cap. 16. Cujac. lib. 1. *observat.* 18. Hodiè Relatio potest dici Commemoratio Negotii, aut Litis obyentientis cum adjuncta Referentis super eo Sententia.

Differunt ab hac Relatione, quarum in l. 14. Cod. *de accusation.* fit mentio, quæ etiam in l. 8. Cod. notorium dicuntur, & quas Gothofred. ad l. 7. & 8. eodem interpretatur Elogia, quæ ab Irenarchis Officialibusque ad Praesides referebantur, super quibus licet inscriptionem non exigeant; sunt tamen accusationi proximæ, cum non minus subeat periculum, qui ex iis denunciat crimina, quām qui defert ex inscriptione, l. 7. & l. 14. Cod. *de accusation.* l. 6. §. 3. ad *SCrum Turpiliunum.* Sunt enim facinorosi super Elogio quod Irenarcha scripsit de novo & integrè audiendi, & si compertum fuerit, quod non exquisitis rerum argumentis parum prudenter scripsit, superior Magistratus pronunciare debet, Irenarcham minus retulisse, si verò malignè interrogavit, aut non dicta retulit pro dictis vindicari debet in exemplum ne quis alias postea tale facere molliatur, l. 6. ff. *de custod. & exhibition. Reor.*

Alia etiam est Relatio Criminis, quam Retorsionem vulgus appellat, & licitam si quis antea injuria lacesitus, ex Doctorum ingenti faragine comprobat, Harprecht. in §. fin. num. 90. *Institut. de Injur.* Quod verum esse posset, si vindicta & immatura vulgi judicia in suffragium adhiberentur. Si Jus & Honestas, quique bonum Virum boni decent Mores, didici Innocentiam non Relatione Criminum quem se purgare debere, l. 5. ff. *de publ. Judic.* nec singulis permittendum ob Judiciorum ordinem ideo in medio constitutum, quod per Magistratum fieri oporteat, l. 178. ff. *de Regul. Jur.* præsertim cum hac via etiam Honor non tam servetur, quām potius Crimen agnoscat. Tutius si quis læsum se putat per Magistratum agere, vel dissimulare. Si spreveris exolescunt, si irascare agnita videntur, Tacit. lib. 3. *Annal.* Bachov. in *Trentler. volum. 2. disputat.* 30. thes. ult. in fin. Rennemann. *tractat. de Jure Retorsionis cap. 2.*

Alia etiam est Relatio cuius usus est in Rationibus reddendis, l. 82. ff. *de condic. & demonstration.* Alia quam memorat JCtus in l. penult. *de Jusfit.* & *Jur.* ubi dicit iniquam Sententiam Prætoris Jus esse, Relatione facta non ad id quod Prætor fecit, sed quod cum facere convenit. Hæc autem,

42. autem, cùm Species Schematis Logici sit, non opus est hac vice ei immorari.
43. Affinis autem maximè Relationi est ea Species, quæ Appellationi in Rubr. ff. de Appellation. conjungitur, & in Codice Consultatio in Rubr. de Appellation. dicitur, l. 21. §. 2. ff. de minor. Wesenbec. Paratitl. de Appellation. num. 12. in fin. licet inter ea vocabula quædam sit differentia, Mejer. in Colleg. Argentorat. dict. tit. thes. 29. Hæc Relatio nihil aliud est quam Scriptum Judicis ad Principem vel Præsidem, quo in Jure dubitans eum consulit, quid in judicando sequendum sit: l. 11. §. 2. ff. de minor. l. 1. §. 21.
44. Cod. de vet. Jur. encl. Novell. 115. in prafat. Wesenbec. dict. loc. Nam si de facto quæstio est Judex ipse pronunciare debet, prout religio fudderit, si enim rogarit, & Præses Consilium impertierit, infamiae nonnunquam periculum est, & materiam gratiæ vel ambitionis tribuit, l. 79. §. 1. ff. de judic.
45. l. 3. §. 1. ff. de testibus. l. 6. princ. ff. ad Leg. Fab. de plagiis. Patet ex l. 1. §. 1. in princ. quod olim clam altera parte ad Principem Magistratus referre potuerit, sed ne exinde si Prætor mentitus fuerit pars contra quam Rescriptum impetratum, lædatur, Appellationis beneficium superfluisse, dict. l. 1. §. 1.
46. in fin. Quæ ambages, ut evitentur, postea constitutum ut Litigatoribus ante Relatio vel opinio edatur, ut suum dissensum vel assensum subiucere possint, l. fin. ff. quando appellandum sit. l. penult. ff. de appellation. recipiend. l. 1. Cod. de Relation. & Refutatorias Preces ad Acta sine aliqua fructuaria Dilatione offerre, dict. l. 1. Tum enim Relationibus plenè veritas est, cum vel Allegationibus repelluntur, vel probantur assensu, l. 2. Cod. de Relation. id est, Relationibus debent jungi Consensus Litigatorum, vel Refutatoriaæ Preces, seu Refutationes Relationis, Opinionis atque Gestorum si Partibus imperfecta vel falsa videatur, l. 6. §. 3. Cod. de Appellation. Debet igitur Relatio omnes omnino causas continere juxta modum Actorum, ut recensione, id est, iteratâ examinatione Actorum non sit opus, ita tamen ut Acta assöcientur, l. 3 i. n fin. Cod. de Relation. quo plena sit instructio, l. 1. Cod. eod. De quo, si inter Judicem & Partem fit contentio, ad Originalia est recurrentum, quibus statur si per Notarium Publicum scripta sunt, & confecta, Hostiens. in Summa Aucta tit. de Appellation. Mejer. in Colleg. Argentorat. ad tit. de Appellation. thes. 26. Habet autem hæc Relatio in omnibus Causis majoribus & minoribus locum, l. 13. Cod. de Appellation. etiam Criminalibus, l. 2. Cod. de Relation. l. 6. §. 3. Cod. de Appellation. sed ante Sententiam Definitivam, l. 1. Cod. de Relation.
53. postquam Partes ulterioribus Allegationibus renunciarunt, alias non esset plena Relatio, Novell. 115. princ. Patescit hinc Wesenbecii in Paratitl. dict. loc. opinionem, quasi in Criminalibus etiam post Sententiam possit

possit fieri Relatio, non sustineri, per l. 6. §. 1. ff. de interdit. & relegat. l. 6. §. 9. ff. de injust. rupr. & irrit. fact. Testamento. Nam in l. 6. §. 1. est casus, quo Magistratus super poena, quam ipse inferre nequit, Principem consultit, unde inanis est quæstio de Relatione. In l. 6. §. 9. est casus specialis, & talis, quo Reus damnatus Appellationem interposuit, ubi Magistratus non facit Relationem post Sententiam quid statuere debeat, sed tantum scribendo poenam remoratur & deciditur quod poena interim sustinenda est, & damnatus statum suum retineat, ita ut non possit Prætor exequi Sententiam, sed cogatur expectare donec Princeps rescriperit ad Literas Præsidis, & Libellum Rei cum Literis missum, quo ostenditur Reuna simul Libellum ad Principem misisse, & non magnam fuisse in hoc casu differentiam ab effectu Appellationis, dict. l. 6. §. 9. Facta autem Relatione cessabat Officium Judicis referentis, l. 1. Cod. de Relation. ita ut Relatione pendente nequirit pronunciare, l. 34. Cod. de Appellation. vel aliquid innovare, l. 13. Cod. eod. sed subsecuto ad factam Relationem Responso tenebatur causam ex Responso accepto decidere, Novell. 82. cap. ult. & Novell. 113. cap. 1. in princ. adeò ut Appellatio ei deneretur contra quem pronunciatum fuerit. Consentire enī videtur in ea quæ scripsit vera esse, nec audiendus est si dicat se eventum Rescripti Sacri sustinuisse, l. fin. ff. quando appellandum sit. Veruntamen hæc Relationes ideò quod moram Judiciis longiorem post causæ cognitionem & plures sumptus afferrent sublatæ sunt, & statutum, ut Judices ipsi salvâ Appellatione de quibus rebus cognoverint, pronunciarent quid iustum, & legitimum sibi videretur, Novell. 125. cap. 1. Authent. Noy. Jure. Cod. de Relation. Cujac. in dict. Novell. 125. nisi si ambiguum aliquid in Lege, & per modum Interpretationis Princeps, qui sibi hoc reservavit, consultitur, l. 1. §. 21. Cod. de vet. Jur. encl. quod tamen propriè Relatio non est, cùm non de Jure ad Factum applicando dubitet, sed de sensu Legis jam latæ, & hoc est quod Wesenbec. in Oeconom. Jur. ad Novell. 125. scribit, si dignus vindice nodus sit, adhuc hodiè Relationem permitti. Hoc autem casu Princeps suam mentem super casu dubio Judicibus exponere solebant, vel Rescripto, vel per Referendarios, Novell. 113. cap. 1. & 2. Documento hanc Relationem ab illa quam hodiè Referendarii faciunt, non adeò longè distare.

Similiter verbum *Referre* varias significaciones admittit, sic referre crimen est illud Accusatori objicere, unde Relatio Criminis nomen accepit, l. 5. ff. de publ. Judic. Referre in Commentarium est suo quoquo loco idoneo rem annotare, quod registrare vocant. Referre in numeros est ordinem in militia assignare, juxta Coras lib. 5. Miscellan. cap. 23. vel

- vel verius in Matriculam nomen scribere, ut constet quod quis sit milites, & à quo tempore, l. unic. ff. de Bonor. possession. ex Testamento Militi. l. penult. ff. de Testamento Militi. Huic simile est referri inter Statutos, in l. 7. Cod. de proxim. sacrar. scrinior. id est, numerum eorum, qui in statu militiae collocati erant, & actu militiam exercebant. Ultra enim numerum destinatum unicuique militiae erant præterea nonnulli extraordinarii, nondum quidem illi milites, sed designati, ut in locum demoratorium suo ordine substituerentur, Connan. lib. 4. Commentar. Jur. Civil. cap. 15. Sic referre inter Reos, id est, inter Delinquentes quoad futuram cognitionem recipere, quod solenniter olim fiebat prævia inscriptio, & dicebatur ab eo tempore Reus in reatu esse, cuius in Jure sunt multi effectus, l. 8. ff. de publ. judic. l. 15. §. 1. ad Leg. Jul. de adulter. de quo alibi. Referre Jusjurandum dicitur quid delatam ab Adversario jurandis conditionem in eum transfert, l. 25. & l. 38. ff. de jurejurand. Sic referre Rem judicatam, id est, retractare, Cicer. pro domo sua. Referre Mysteria, id est, iterare, Cicer. lib. 3. de Oratore. referre Comœdiam, id est, denuò agere. Hoc loco nihil aliud significat, quam Rem aliquam, vel Negotium cum suis Circumstantiis ad decidendum proponere.
- Referendarius autem est Persona publica Principi desideria Supplantium referens. Horum tres invenio species: Sunt enim alii (1.) Referendarii Majoris Ecclesiae; alii (2.) Referendarii Sacri Palatii; & (3.) Referendarii Actorum, de quibus nobis ut plurimum erit sermo.
- Referendarii Majoris Ecclesiae dicebantur, qui specialiter destinati erant ad Majoris Ecclesiae negotia Principi referenda, Novell. 6. cap. 3. in fin.
- Cum enim illa Ecclesia reliquis superior esset, & multa quotidie obvenirent negotia, necesse fuit, ne confusio fieret, ut per singularem Referendarium Principi ea referrentur. Major Ecclesia quæ alibi magna dicitur, l. 17. & 18. Cod. de Sacrosanct. Eccles. est Constantinopolitana, Novell. 7. in princ. ita appellata, quod cæteræ Ecclesiae sub Patriarcha ipsius constitutæ sunt, & quod majorem numerum ministrantium Hominum habet quam reliquæ, ex gr. nongentos quinquagintos Decanos, & plures alios corporatos, l. 14. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Verisimile est hujus multa fuisse negotia, & hinc statutum, ne Episcopus sub ea constitutus ad Imperium seu Comitatum Principis proficisciatur, quam si Literas Systaticas à Metropolita haberet, & si Metropolita ipse ire vellet, necesse habebat Literas à Patriarcha afferre, & cum ipso conferre propter quas causas venerit, & deinde Imperiali perfaci aspectu; postea autem cum Imperatori adstiterint, & causam exposuerint per Referendarios Sanctissimæ Majoris Ecclesiae aut per Religiosos Apocrisarios promerentur

- celeriter responsum, ita ut si aut justa ab Imperio petierint, hæc accipiant, si vero non justa querant, velociter revertantur unde prefecti sunt, Novell. 6. cap. 3. Hodiè Majores Ecclesiæ veluti Cathedraticæ, vel Collegiatæ sua negotia plerumque per Syndicos Capitulorum vel Canonicos expedire solent.
- Referendarii Sacri Palatii sunt, qui recirant Principi desideria Supplicum, & Mandata Principum sive Sacras Jussiones insinuant Judicibus, Novell. 113. cap. 1. 2. & Novell. 124. Duæ ergo fuerunt olim partes Officii, scilicet Principi referre Supplicantum desideria, sive aliquid pro Jure, sive beneficio peterent, & hoc sive ex Scheda, quæ propriè Supplicatio dicebatur, sive ex totis Actis, dummodò Principi de re petita constaret, l. i. §. 1. de Constitution. Princip. ibi: per epistolam, ibi: de plano. inde, quia Judices, ut jam dictum, solebant super casu dubio ad Principem referre ipsis rursus Responsum seu Sacra Rescripta vel Jussiones referre, & Sacras Jussiones insinuare, Novell. 113. cap. 1. & 2. Si præter hæc quedam alia indigna officio susciperent, puniebantur, Novell. 124. in fin. Vocantur autem Referendarii Sacri Palatii, quod in Aula Imperatoris inveniantur. Palatum enim in Jure pro Sede vel Domo aut Aula Summi Principis accipitur, l. unic. Cod. de Palat. & Domib. Dominic. l. 3. Cod. de Privilegio eorum qui in Sacro Palatio militant. Inde Palatini olim omnes dicti Aulici, Memoriales, Agentes in Rebus, & Apparitores, qui Literarum Militiam in Palatio faciebant, aut Mandata & Jussa Imperatoris exequabantur, l. 2. Cod. de petition. bonor. sublat. Buling. tractat. de Roman. Imper. lib. 2. cap. 18. pag. 144. Habebant hi quasi Castrense peculium, cum non alieni sint à pulvere & labore Castrorum, qui signa Principis comitantur, & quasi sub ejus conspectibus acquirunt, l. unic. Cod. de Castris. omn. Palatinor. pecul. Sic Sacri Palatii Comes, seu Comes Divinæ Domini, l. i. Cod. de Offic. Comit. Sacr. Palat. Archiatri Sacri Palatii, l. unic. Cod. de Comit. & Archiatri. Sacr. Palat. Panes Palatini, qui è Palatio erogantur, vel Palatinis præbentur, l. 7. Cod. Theodos. de Annon. l. i. Cod. de quadrienn. præscription. l. 2. Cod. de Frument. Urb. Constantinopol. Habuerunt autem Imperatores olim certam Sedem in Imperio, & quidem cum adhuc in Italia erat Romæ, postea Constantinopoli, §. fin. Institut. de satisfaction. & demum cum ad Germanos devenit, principalem Sedem Regni Germanici Carolus Magnus Aquisgranum constituit, Goldast. tom. 2. Constitut. Imperial. pag. 8. Hanc longo tempore Successores, exceptis quibusdam Noribergæ & Goslaræ habitantibus, servarunt. Extat querela Saxonum, quod Imperator semper Goslaræ sit, & Regnum Aulâ suâ oneret, Cyriac. Spangenberg. in Chronic. Mansfeld, pag. 188. Jam longo tempo-

tempore Imperatores non habuerunt in Imperio certam Aulam, sed in Hæreditariis Provinciis Sedem sibi elegerunt. Patet ex Goldasto tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 64. quod Ordines Imperii Carolum IV. sollicitarunt, ut relictâ Bohemiâ certam Sedem in Imperio eligerent: quod ag-
 96. tem non factum sit, nec hodiè fiat more aliorum Regum, res est ob-
 97. servatione & admiratione digna. A Palatio Imperatoris nomen habent
 Comites Palatini, non solum illi, qui Electorum & Vicariorum Imperii
 dignitatem tuentur, de quibus *Aurea Bulla* cap. 5. prolixè, sed etiam hi,
 98. qui Comites Sacri Palatii Lateranensis, Aulæ Cæsareæ, & Imperialis Con-
 fessorii vocantur, ideo quod aliquid de potestate Imperatoris usurpent,
 Barth. lib. 22. *Adversar. cap. 6. §. Comites.* Putat quidem Freher. ad Petr. de
 99. *Andlo* lib. 2. de Roman. German. Imper. Reginine cap. 6. quasi à Pontifice creati
 ideo quod Domus Laterani nobilissimi Civis Romani, quem Con-
 100. fluem designatum Nero interfecit, & postea Johanni Apostolo Templum
 consecrata sub Pontificis Romani potestate sit, solum Lateranensis Pa-
 latii Comites dicuntur; Sed refellitur ex Additionibus Legum Caroli-
 narum Ansegisi; ubi hæc verba reperiuntur: *Anno DOMINI 817. Imperii*
Ludovici 3. Idus Julii. in Domo Aquigrani Palatii, quo Lateranis dicitur, aperta
 ratione Sedem Imperatoris in Germania olim & adhuc Palatium Late-
 ranense rectè vocari, Joh. Limnæ. lib. 4. *Jur. Publ. cap. 4. num. 45.* & hac
 102. de causa optimo jure Imperatorem hodiè tales Comites creare. Ger-
 manicè vocantur des Reichs Hof-Grafen / oder Pfalz-Grafen / à voce
 Pfalz / quæ significat Palatium, vel Aulam Principis, Wehner. in *Obser-
 vat. Præf. verb. Pfalz.* & Besold. in *Thesaur. Præf. verb. Pfalenz.* De ho-
 103. rum & Comitum Palatinorum Imperii Statuum Dignitate, Praeminentiâ, & Potestate, vid. Arumæ. in *Discurs. ad Aur. Bull. Limnæ.* Sagittar.
 Buxtorff. Gewold. Heg. & alios.
 104. Dicitur autem Palatium Sacrum, *Rubr. bac & de Offic. Comit. Sacr. Pa-*
lat. Sacratissimum, l. 14. *Cod. de Offic. Rector. Provinc. Inclytum*, l. unic. *Cod.*
 105. *de Palat. & domib. dominic.* Aedes consecratae, dict. l. unic. quod scilicet sua
 veneratione ob præsentiam Imperatoris constet, vel quod ab omni in-
 106. iuria & violatione defensum sit, argum. l. 8. ff. de rer. divis. Martialis in-
 quiruit: *Inde Sacro veneranda petes Palatia clivo.*
 106. Hinc ab omni privatorum usu, & communi habitatione exempta sunt,
 dict. l. unic. *Cod. de Palat.* saltem illis concessa habitandi potestate quos le-
 gitimus Majestatis usus, & Reipublicæ disciplina se legit, l. 17. *Cod. de op-
 107. ribus publicis*. l. 14. *Cod. de Offic. Rector. Provinc.* Sic passim in Jure ad Im-
 peratorem spectantia Sacra vocantur. Imperium ipsum Sacrum Roma-
 num dicitur, das Heilige Römische Reich Teutscher Nation: *Aur. Bull.*
Recess.

Recess. Imper. de Anno 1541. princ. Sic Rescripta ad Relationes Judicium Sa-
 cra, l. fin. ff. quando appellandum sit. *Sacræ Jussiones*, Novell. 113. & 125. *Sacra*
Forma, Novell. 126. *Sacræ Leges*, l. 8. *Cod. de Legibus.* *Sacræ Constitutiones*,
 l. 5. §. 5. ff. de administrat. Tutor. l. 5. ff. de manumission. *Sacrum Oraculum*, l. 5.
Cod. si contra Jus vel utilitat. publ. §. 11. *Institut. de adoption.* *Sacræ Largitiones*,
Sacra Scrinia, *Sacrum Stabulum*, *Sacra Moneta*, *Sacer Comitatus*, *Sa-*
cri Affatus, l. 6. *Cod. de divers. rescript.* *Sacra Annotatio*, *Sacræ Literæ*,
Sacri Vultus, & plura id genus alia. Ex quibus sequitur, quia Aedes
 Imperatoris Sacrae, quod Germanicè vocamus den Burg-Frieden haben/
 si quis in illis delinquit, capite puniri possit, vid. elegant. Besold. in *The-
 saur. Pract. tit. vom Burg-Frieden.* & Wehner. ibid. & eadem ratione
 ejus Comitatum, & in eo Referendarios Sacri Palatii, ab omni injuria
 tutos & munitos esse.
 113. Hodiè Referendariorum Officium cum eorum convenire putat
 Calvin. in *Lexic. Jur. voc. Referendar.* qui Magistri Requestarum dicuntur,
 Matth. Wesenbec. in *Oeconom. Jur. ad Novell. 10.* optimè eos Cancellarios
 designari autumat, quod illorum exemplo singulorum desideria, & sup-
 plices Libellos cognoscant de his ad Principem referant, & rursus ejus
 super his Decreta proferant. Ego ut non diffitear Cancellariorum Of-
 ficiū aliquid cum his usurpare, dum Principi desideria aliorum expo-
 nunt; Quia tamen notum est, ut plurimum eos in rebus ad Regionem
 & Statum Reipublicæ versantibus occupari, & præterea hodiè Relatio-
 nes cessare, si quæ etiam Decreta super Processibus, qui contentiosam
 Jurisdictionem concernunt, cum cognitione causæ ex Principis Con-
 fessorio emanant, illa à Presidente concipi, & proferri, non adeò par-
 ubique esset similitudo. Putarem ergò pro diversitate Causarum Refe-
 rendarios Sacri Palatii in dupli differentia esse: Alii enim publicas
 Causas tractant, & de illis referunt, quæ ad Regionem & Statum Pu-
 blicum pertinent. Tales in Aula Imperatoris Ferdinandi II. ut ex *Libr.*
Part. Status Reginin. Ferdinandi II. de Anno 1637. cap. 11. patet, fuerunt Dn.
 Hermannus de Questenberg, Baro, Referendarius in Italicis & Polo-
 nicis rebus. Dn. Justus Gebhardus, Consiliarius Imperialis Aulicus &
 Referendarius in Rebus Tabulas Pragenfes concernentibus. pag. 120.
 Bartholomæus Schöllhard, Consiliarius Cæsareus & Camera Aulicae Re-
 ferendarius. pag. 123. Comes de Schlick, Referendarius in Consilio
 Confiscationis.
 117. Alii vero qui referunt de illis quæ ad contentiosam Jurisdictionem
 118. pertinent: Ita appositè hodiè Referendarios Sacri Palatii dicuntur, qui
 119. in Judicio Autlico Imperii super Causis dubiis Presidenti & ceteris Asses-
 120. B. 2. scat.

124. soribus referunt ad concipiendam Sententiam. Notum est Jurisprudentiae Publicae Studiosis præter Judicium Camerale adhuc Imperatoris atque Imperii Judicium esse, quod Consilium Secretum Cæsaris, vel Consilium Aulicum Imperii dicitur, *Kayserlicher Majestät Geheimer- und des Reichs Hof-Rath.* De ejus Præminentia, Concurrentia Jurisdictionis cum Camera Imperiali, Præventione, vid. Doctores ab utraque parte differentes, Gail. lib. 1. obseruat. 121. num. 3. Mynsing. *Reffons.* 24. num. 20. Grav. conclus. 29. num. 2. Paurmeist. lib. 2. de *Jurisdicç. Imper. Roman.* cap. 5. num. 32. Heig. part. 1. quæst. 9. Hillig. *ad Donell.* lib. 17. commentar. 9. Leopold. *de concurrent. Jurisdicç. quæst. 4.* Arumæ. *discurs.* 3. ad *Aur. Bull. thes.* 32. Syring. *de Pat. Religion. thes.* 54. lit. b. Waremund. *ab Ehrenberg de Regni subsid. & oner. Subditor.* cap. 11. num. 40. Thom. Michaël. *de Jurisdicç. Cesar. Majestat. & Statuum thes.* 35. Umm. *Disputat. ad Process. Judiciar.* 4. thes. 14. num. 77. Cran. *Dissertat. ad Constitut. Religion.* part. 3. problem. 1. Besold. *de Jurisdicç. Roman. Imper.* quæst. 12. Joh. Limnæ. lib. 9. *Jur. Publ.* cap. 4. num. 6. & seqq. -Summam hujus Judicij Auctoritatem esse ex Capitular. Cesar. Ferdinandi II. artic. 39. 40. & Ferdinandi III. artic. 44. evincitur, qua Imperator promittit, quod idoneis Hominibus loca explere, Instructiones revidere, & quotannis adhibito Archi-Cancellario Imperii Electore Moguntino visitare velit. Commititur Aulico huic Consilio non tantum Causarum ad Jurisdictionem Cæsaream pertinentium disceptatio, sed & aliorum fermè omnium Negotiorum ad Regalem Cæsarum, non autem totius Imperii potestatem spectantium deliberatio, Paurmeister. lib. 2. de *Jurisdicç. Imper. Roman.* cap. 6. num. 16. Reinking. *de Regim. Secular. & Ecclesiast.* lib. 2. class. 2. cap. 14. num. 6. Vocatur autem des Reichs Hof-Rath / quia Causas Imperium concernentes tractat, atque examinat, Limnæ. lib. 9. *Jur. Publ.* cap. 4. Aulicum verò Cæsaris Judicium ideo dicitur, quia ejusdem Aulam ferè sequitur, & eodem loco consistit, quo Imperator Sedem suam elegit. Non male ergò Referendarios Sacri Palatii eos nominamus, qui in hoc Judicio quod in Aula seu Palatio Cæsaris est, super Causis ibi versantibus referunt. Constat enim illud Judicium certis Personis, videlicet Præsidente, qui Princeps vel Comes Imperii esse debet, Assessorebus utriusque Religionis, Referendariis aliisque Personis, sicut dispositum in der *Ordnung des Reichs-Hof-Raths/ wie es Ihre Majestät Kayser Matthias Anno 1617. begreissen lassen/ und durch Mayns communiciret worden/ auch auf dem Correspondenz-Tag zu Nürnberg durch die Herren Deputirte revidiret worden.* Hoc Officium Referendarii in Judicio Aulico gesit Celeberrimus JCTus Andreas Gail, ut videre est ex Titulo Epistolæ, quam ad ipsum Assessores Camerales veteres ipsius Colle-

- Collegæ ex Spira Calend. Augusti Anno 1578. dederunt, Operi Observationum edit. Colon. de Anno 1621. præfixæ. Elogia in ipsum Celeberrimorum Europæ JCtorum collegit Gualter. Gymnicus, & dicto Operi & Editioni præfixit. Idem Officium Giphanium sustinuisse notat Rittershus. part. 9. cap. 7. in fin. Novell. 10.
- Sequuntur Referendarii Actorum, quorum in Camera Imperiali & aliis Judiciis Statuum Imperii sæpè fit mentio. Hi sunt qui Acta seu Processus Juris, qui à Citatione usque ad Conclusionem, sive in puncto incidenti, vel principali à Litigantibus sunt exerciti, & Judicis Decisioni submissi summâ curâ legunt, & de illis suis Collegis ad concipiendam Sententiam referunt. Reperiuntur tales Referendarii in omnibus Judiciis, Dicasteriis, Consistoriis, Academiis, Collegiis JCtorum, Scabinatibus, sub hac diversitate, quod certæ Personæ in Summis Imperii & Ordinum Judiciis Secularibus cum Titulo Referendarii clueant, in aliis verò Collegiis vel Judiciis Director, Syndici, Decani, Judices &c. illud Officium subeant. Patet hinc, quod Referendarii Sacri Palatii, & illi, qui in Camera Imperiali sunt, non differant nisi loco, ambo enim in Summis Judiciis referre solent.
- Quanquam etiam, ut diximus, & in illis Negotiis, quæ Statum Republicæ concernunt, & Lites non attingunt, & ubi summarie res profertur, sint Referendarii, tamen illis, qui super Actis referunt, commodius id nomen datur, & qui ita in Consiliis Status dicuntur hodiè in primis largo modo tantum id nomen habent, cum constet per Cancellarios talia melius expediri qui plerumque Imperatori referunt, & ad desideria & Narrata, cum clausula, si Preces veritate nitantur, Responsum referunt, sicut jam diximus. Nos hac vice de Referendariis Actorum saltē erimus solliciti, qui quia in Summis Judiciis inveniuntur, de eorum Officio, quomodo in Ordinatione Aulici Judicij, Ordnung des Reichs-Hof-Raths de Anno 1617. & Ordinatione Camerali, Cammer-Gerichts-Ordnung zu Augspurg de Anno 1555. inter Recessus Imperii invenimus annotatum, dicemus. Cum illis, quia in Judiciis Ordinum Imperii saluberrimæ de iis reperiuntur Constitutiones, ne ceteris immo remur, ex Ordinatione Dicasteriorum Pomeraniae, Fürstl. Polimerische Hof-Gerichts-Ordnung de Anno 1566. & Stetini excusa Anno 1569. convenientiam, & si qua erit, disparitatem subiuncturi.

CAPUT II.

De Poteſtate conſtituendi Referendarios,
& quibus competat.

S U M M A R I A.

1. Referendarii ſunt Membra Collegii Juridici. 2.
3. Poteſtas conſtituendi Magistratus ad Juſtitiam expediendam refertur ad Regalia.
4. 5. 6. 7. 8.
9. Et quidem majora.
10. Senſus verborum ad Juſtitiam expediendam. 12. 13. 15. 16. 17.
11. Nundinatio Honorum abominanda.
14. Nullibi ſordidior Mercatura quam Juſtitia.
18. Juſtidio conceditur ſalvo Juſte Superiori. 19.
20. Preſente Imperatore omnes Magistratus quiescunt. 21. 22.
23. Hodiè Imperator Personas ad Juſtitiam expediendam conſtituit cum Conſenſu Ordinum Imperii. 24. 25. 26.
27. Traditur quod Aſſeffores & quos conſtituant Imperator. 28.
29. Electores.
30. Aſtriaci.
31. Circuli Imperii.
32. Aſſeffores Referendariorum Aſtunere funguntur.
33. Principes Imperii non nudi Magistratus ſunt.
34. Sed Regalia habent.
35. Vigore Regalium Dux Pomerania conſtituit Referendarios.
36. Alii Jus referendi Acta competit ex Juſte Collagi.
37. Aliquando Vocationibus hoc inſcritur, quod quis ad referendum ex Actis debet eſſe obſtrictus.

EX jam dictis, & quæ poſtea dicentur non obſcurè colligitur Referendarios eſſe Membra Aſſefforum Judicij, ſicut etiam iſpis Aſſefforibus in Camera Imperiali, & Judiciis Statuum Imperii, etiam iſi certæ Personæ hoc Officio funguntur, illud incumbit ut ex Actis referant, unde ſequitur qui Jus conſtituendi, & vocandi Aſſefforem Judicij, vel aliquem associandi Collegio Juridico habet, eum & Referendarios conſtituere. In lib. 2. Feudor. tit. quæ ſint regalia. 56. à Friderico Imperatore inter alia Regalibus aſcribitur poteſtas creandorum Magistratum ad Juſtitiam expediendam. Hoc Mutius lib. 18. Chronic. Sigon. de Regn.

Regn. Ital. lib. 12. de eadem Friderici Constitutione agentes declarant, dum inter Regalia referunt Officiorum, Dignitatumque Confirmatio-nes, Judicium, Consulum, omniumque Magistratum Creationes. Convenit hoc Juri Communi, quo annotatum sublato Statu Democratico & translata Lege Regiā omni poteſtate Populi Romani ad Principem, §. Sed &c. 6. Institution. de Juſ. Natural. Gent. & Civil. l. 1. ff. de Constitut. Princip. etiam Magistratus Creationem ad curam Principis pertinuisse, non ad Populi favorem, l. 1. ad Leg. Jul. de ambitu. l. fin. Cod. ad Leg. Jul. re-petundar. & ideò ſi quis ſibi iſpi ſumpferit Majestatis reum fuiffe, l. 1. ad Leg. Jul. Majestat. Clarius hoc idem Imperator Fridericus in lib. 2. Feudor. tit. de Pace tenenda inter Subditos. 53. §. Injuria. 1. vers. Homicidium. exprimit, ubi dicit: Magistratus ab Imperatore vel ejus voluntate conſtitutos vel conſirmatos, ut Juſtitiam faciant. Hinc paſſim à Doctoribus Creatio Magistratum annumeratur Regalibus, Ilern. & Matth. de Afflict. ad diſt. lib. 2. Feudor. tit. 56. Cagnol. in l. 2. ff. de Origine Juſtiſ num. 102. Peregrin. de Juſte Fisi lib. 2. tit. 1. num. 1. Cravett. conſil. 338. num. 2. Menoch. conſil. 302. num. 29. Tholofan. de Republ. lib. 9. cap. 1. num. 34. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. & quidem majoribus, Zaf. in Epitom. Feudor. part. 5. num. 14. Caſtald. tra-ctat. de Imperatore quæſt. 10. caſ. 17. Sixtinus lib. 2. de Regalibus cap. 15. num. 10. Vultej. de Feud. lib. 1. cap. 5. num. 7. Hottoman. & Cujac. in lib. 2. Feudor. tit. 56. Peregrin. de Juſte Fisi lib. 1. cap. 1. num. 10. Niell. Diſputat. Feud. 11. theſ. 6. lit. a. Bocer. traſtat. de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 64. Significanter autem vo-cantur Magistratus ad Juſtitiam expediendam: quod quidam Doctores explicant, quod Juſtitia ſit Res Sacra, & ideò temperanter habenda, manibus Magistratum ab omnibus ſordibus, nundinatione, & avaritia liberis, Sixtin. diſt. loc. num. 26. Carpzov. Diſputat. de Regal. theſ. 32. Nundi-natio enim abominanda, & à Justiniano in Novell. 8. & 17. & Tiberio No-vell. 161. de Provinciis. Praeful. taxata; vel quod Juſtitiae Adminiſtratio ſum-mè ſit neceſſaria, cum Magistratus ſit Lex viva ac loquens, Minister ac Custos Legis mutæ, l. 8. ff. de Juſtit. & Juſ. & parum ſit Jus in Civitate eſſe, niſi ſint, qui illud regant, l. 2. §. 13. ff. de Orig. Juſ. majorque nulla Reipublicæ Peſtis ſit Injuſtitia, Bodin. diſt. lib. 1. de Republ. cap. 10. Non diſpiteor ſi mores Magistratum, & fines ſpectentur, hæc ita dici poſſit. Nullibi enim ſordidior Mercatura quam Juſtitia, Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 2. Veriorem autem ſenſum verborum judico hunc eſſe, quod non ſolum Magistratus in Provinciis, vel alii in Praetorio, ex. gr. Praefectus Praetorio &c. à Princepe creen-tur, ſed etiam illi, qui ad Juſtitiam expediendam conſtituuntur. Cauſam Friderico Imperatore ita definiendi de-dit, quod ſuo tempore ſuper eo etiam JCTi dubitabant, quem errorem ut

- ut eximeret, non solum Nuncios & Vicarios in Italia vel aliis Provinciis, sed Judices, locorum Defensores & quoscunque Magistratus sive voluntate constitui testatur, lib. 2. Feudor. tit. de Pace tenenda inter Subditos. §. 3.
17. §. Injuriu. 1. verf. Homicidium. Quicquid igitur Magistratus sunt per Imperatorem sunt, & quicquid habent Dignitatis, ab eo habent, Rittershuf. ad Novell. part. 2. cap. 2. num. 4. & hoc ideo, ut Magistratibus concessa Jurisdicō ad Rempublicam gerendam, vel privatis Jus dicendum, semper intelligatur Superioritatis Jure salvo, Bortius de Natur. Jur. Majestat. conclus. 23. Nunquam enim censetur Princeps adeo plenam concessisse Jurisdictionem, ut non majorem penes se retinuerit, Bald. in lib. 2.
20. Feudor. tit. 53. §. ad hac. Hinc axioma Politicorum fluit: Præsente Imperatore omnes Magistratus quiescunt, Arnise. de Republ. cap. 4. num. 10. Bortius dict. loc. Saxones lib. 3. artic. 6. ajunt, in welche Stadt der König kommt / da stehen ihm alle Gerichte geöffnet. Indigitat hunc sensum Fredericus Imperator ipse in cap. 1. de Pac. Constant. §. Privilegia. ibi: Jura & Magistratus a Nuncio nostro accipiunt, si presentes fuerimus a nobis ipsis. Exigit
22. hæc etiam ratio Majestatis, juxta Günther. Ligur. lib. 2. Ut Princeps,
— Prasens quasi maximus omnia Jūdex
Claudere Jura manu cunctaque recidere Lites
Debeat, atque omnis Jūdex, omniisque Potestas
Atque Magistratus ipso præsente quiescant.
23. Hæc si ad hodiernum Imperii Statum conferantur, videmus paulo aliter observari. In Judicio Imperatoris Aulico Assessores Imperator constituit, sed cum Consenuit Ordinum Imperii, Ordinat. Judic. Aut. de Anno 1617. in prefat. ibi: Wie Wir nicht minder denselben hinsüro mit Zusthun des Heiligen Reichs Stände zu bestellen gemeynet seyn. De Referendariis in terminis ibidem tit. 3. §. Die Auftheilung sc. 1. id deciditur.
24. 25. In Judicio Camerali potestas constituendi Assessores non in solius Imperatoris voluntate est, sed simili ad Ordines Imperii spectat, Ordinat. Cam. de Anno 1495. 1500. 1507. Rubr. Die Sechs Thürfürsten. 1. de Anno 1521. tit. Benennung Cammer-Richters und Beysigern. 4. de Anno 1548. & 1555. tit. 1.
26. Syring. de Pac. Religion thes. 14. & legimus in dict. loc. qui & quot à Circulis præsententur, Gylmann. tom. 1. Symphorem. tit. 4. Nempe quod Præsidem Imperator vel Rex Romanorum constituat, Ordinat. Cam. de Anno 1555.
28. part. 1. tit. 1. §. Nemlich sc. 3. In Assessoribus ita observatur: ut Imperator tres Comites vel Barones, & duos alias Juri-consultos, Reichs-Abschied
29. zu Speyer de Anno 1570. §. Nemlich / wollen Wir sc. 51. Electores primo sex, dict. §. postea octo, Recess. Imper. de Anno 1566. §. Und sollen Unsere sc. 75. vel decem, Recess. Imper. de Anno 1570. §. Nemlich / wollen Wir sc. 51. Austria-

Austriaci duos vel quatuor, §. Wann aber fünftiglich sc. 53. Circuli Imperii initio singuli unum, deinde potestatem acceperunt, ut quisque Circulus tres, Recess. Imper. de Anno 1566. §. Und sollen Unsere sc. 75. vel quatuor præsentandi haberet facultatem, Recess. Imper. de Anno 1570. §. Nemlich / wollen Wir sc. 51. [Hodiè vid. Instrument. Pac. de Anno 1643. Artic. 5. §. 53. & penult. junct. Recess. Imper. de Anno 1654. §. 169.] Hi Assessores Munere Referendariorum funguntur, & distribuit inter eos Dn. Judex vel Praes Judicij Acta. Unde evincitur quia à toto Imperio ad Justitiam expediendam constituti sunt, idem dicendum de illis, qui speciali nomine Referendariorum in Camera Imperiali client.

Principes Imperii à quibusdam Doctoribus pro nudis Magistratibus habiti, Bacchov. in Treutler. volum. 1. disputat. 3. thes. 5. lit. e. sed quia summa Regalia habent, & id possunt vigore Regalium & Jurisdictionis Territorialis in suo quod Imperator in universo, major illis potestas competit. Hac ratione Assessores & Referendarios Dux Pomeraniae in sua Provincia constituit, Ordinat. Pomeran. pag. 16. & 26.

In cæteris Civitatibus & Collegiis quatenus Electione, vel Præsentatione quis recipitur, eâ ratione etiam ipsi Jus legendi Acta competit. Sic Vocationibus Professorum ad Juridicam Facultatem in hâc Academia solet hoc inseri, quod non solum Jura docere, sed etiam aliis consulere & super Actis respondere debeant.

CAPUT III.

De Referendariorum Animi, Corporisque Bonis, & eorum Numero.

S U M M A R I A.

1. Referendarius debet prius esse.
2. Et virtuosus. 3.
4. Aptitudo Referendarii consistit in bonis Animi & Corporis.
5. Sit recepta Religionis. 6. 7. 8. 9.
10. Quilibet Princeps in sua Provincia sua Religionis homines Officiis admoveere solet. 11.
12. Sit Juri Scientia instructus. 13. 14.
13. An necesse ut promotus Doctor sit? 16.
17. Expladuntur Doctorum Statum contemnentes. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

C

25. Olim

30.
31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

25. Olim in Pomerania Professores Facultatis Juridica ex Altis retulerunt.
26. Sicut etiam Nobiles in Academia Jura praelegenterunt. 27.
28. Hac mutata. 29.
30. Experientia firmat Scientiam.
31. Ingenium tria in se continet. 32. 33. 34. 35.
36. Ingenia media optima. 37. 38.
39. Honestus Referendarius debet esse Moribus.
40. Debet legitime natus esse.
41. Spurii non infames. 42. 43.
44. Non tamen facile ad Honores promovendi. 45. 46.
47. Debet Referendarius indigena esse.
48. Ejus Rationes. 49.
50. Cultus externus non debet planè negligi. 51. 52. 53. 54. 55.
56. Olim abto Referendarii fuerunt, & is numerus postea revocans. 57. 58.
59. Hodie numerus paßim variat. 60. 61. 62.
63. Disquiritur an soli Referendarii, vel etiam ceteri Assessores ex Altis referre debant. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 75. 76.
73. Mos in Pomerania receptus traditur. 74. 77. 78.

Praeter Pietatem quibus nos DEO & Patriæ commendamus, l. 2. f. de Justit. & Jur. l. 1. §. 15. ff. de ventre in possess. mittend. & reliquas hominis Virtutes, quibus publico, & privato prodesse possumus, l. 1. ff. de Justit. & Jur. omnes illæ quæ bonum Judicem, vel Assessorem, æqui bonique Sacerdotem decent, exornant Referendarios Virtutes. Illis si instructi fuerint, dicuntur apti ad hoc officium. Hoc definit Ordinat. Cam. & Pomeran. quod debeant esse tapffere / gelehrte / erfahrene / auch tügliche / verständige / qualifizirte / geschickte Personen. Haec Qualitates ex Imperii Constitutionibus possunt dispesci, ut vel sint Animi vel Corporis dotes. Quoad Animum requiritur (l.) ut addictus sit receptæ in Germania Religioni, id est, ad normam Professionis vel Lutheranæ, vel Catholicæ, aut Reformatæ vivat, Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. Und insonderheit ic. 3. Postquam enim per Pragmaticam Religionis Constitutionem de Anno 1555. & Instrum. Pacis Osnabrug. artic. 7. §. 1. his Religio-nibus Pax data est, noluit Imperator & Ordines alterutrius causa ali quem injurias pati, sed statuerunt ut utriusque Professionis homines & Assessoratus & Referendariatus assumantur, adjecto promisso, ne quis Sectæ adhæserit, eum Judex sive Praeses Cameralis cum consensu reliquo rum Assessorum removere debeat, dict. §. Und insonderheit ic. 3. ibi: Dergle-

Dergleichen andere Personen. Item in Ordinat. Judic. Aul. de Anno 1617. tit. 3. §. Die Auftheilung ic. 1. [add. R. H. R. D. Imperat. Ferdinandi III. de Anno 1654. tit. 4. §. Nicht allein ic. 1.] statuitur, & Præsidenti Aulici Judicij injungitur, ut videat, wann es beyderseyn Religions-Verwandte zu-mal betrifft / daß ad referendum & decidendum von beyden Religionen verordnet werden. In cæteris inferioribus Judiciis assumuntur plerumque ejus Religionis, cujus Principes sunt, quibus ratione Jurisdictionis Territorialis Jus Reformandi competit, Recess. Imper. de Anno 1555. §. Da-mit auch ic. 20. & de quibus præsumptio est, quod non libenter alium quam suæ Religionis hominem assumpturi sint. (II.) Ut Juris Scientia sufficienter instructi sint. Hoc in primis necessarium est, cum Factorum Circumstantiæ sapè accuratam desiderent interpretationem, l. 1. §. 5. ff. de Orig. Jur. In Camera Imperiali, Ordinat. Cam. de Anno 1555. part. 1. tit. 3. §. Dergleichen sollen ic. 2. & Judicio Cæsaris Aulico, Ordinat. Judic. Aul. de Anno 1617. tit. 1. §. Unser Reichs-Hof-Rath ic. 1. constituitur, ut eo me-lius de ipsorum eruditione constare possit, quod ad minimum quin-quennium Juris Studio debuerunt incubuisse, & in Academiis Germaniaæ à Cæsare vel Antecessoribus confirmatis Jura legisse & docuisse, aut ad minimum in Forensibus Negotiis exercitatos esse. Præter illos enim qui sunt Nobiles, debent cæteri Assessores & Referendarii Professores fuisse, vel ad minimum Doctores, dict. §. Dergleichen sollen ic. 2. ibi: Und die fürbrachte Rechtliche Sachen zu referiren. vers. Aber die andern ic. ibi: Sachen zu referiren. vel Licentiati Juris esse, dict. §. Dergleichen sol- len ic. 2. ibi: In Universitäten gelesen. & ibi: Ob gleich dieselben der Rech-tten nicht gewürdiget. & vers. So fern aber ic. ibi: An derselben statt andere der Rechten Gelehrte und Gewürdigte. Ordinat. Judic. Aul. de Anno 1617. tit. 1. §. 1. ibi: Rittermäßigen und graduirten Personen. Indicat hoc quod in summo Honore Doctorum Juris Status ab Imperatore & omnibus Imperii Ordinibus habitus fuerit, unde mirari licet inveniri hodiè homines, qui omnes ingenii vires intendant, ut aliquid contemptum in hunc ordinem dicere possint. Alter prisci Imperatores senserunt, qui Nobilissimos Antecessores nominant &c. Walther. tractat. de Fur. Stat. ac Privileg. Doctorum cap. 9. §. 50. Nec aliquid solidi ab illis inventum, quod Doctores sperni merentur. Si indignis quibusdam confertur, eorum & Collatorum vitium est, non rei ad exemplum & odium trahenda. Si etiam superbunt quidam, alibi dixi & alios hoc facere, & hoc stultiam non culpam esse, multis etiam non Doctoribus communem. Hoc certum est quod illi credatur, quod fide dignis, multò magis quod pu-blico constat Testimonio. At hoc promotis offertur ab ordine, l. 7. Cad. de

de Professor. Verum est, posse aliquem clam eruditum esse. Sed Imperatores voluerunt, ut publicum haberent Testimonium, qui de Jure respondere vellent, l. 2. §. 47. ff. de Orig. Jur. & omnia clancularia suspecta sunt. Si dicat Doctori mastix, posse Principi aliter de Eruditione constare, & Examen fieri posse per Collegas. At jam voluerunt Principes ut ab Ordine Documentum reportarent: unum etiam Examen non tollit alterum, & si ferre possunt Collegarum Judicium, cur non aliorum, qui sèpè etiam illis Honores tribuerunt. Non videtur alia ratio hujus contemptus, quam quòd Examen subire reformidant. Quod male fit, cùm nemo debeat petere Honores quos non meruit, non judicare meritos nisi approbatos ab aliis, l. 4. Cod. de Stat. & Imagin. vid. Walther. de Jur. Stat. ac Privileg. Doctorum cap. 6. §. 26. Apud nos fuit olim & nostra adhuc memoria laudabilis mos, ut Ordinarii Professores Facultatis Juridicæ propter Peritiam, quam ex Lectione Actorum & variarum Provinciarum Observationibus & Consuetudinibus nancisci possant, singulis Juridicis in Aulam evocarentur ut ex Actis referrent. Sicut & alia Consuetudo, ut Nobiles, antequam ad Munus Referendariorum vel Assessorum sublimarentur, Munus docendi per aliquot tempus in Patria Academia sustinerent, ita inter Professores invenimus H. Berhen, duos Usedomios, Alb. Wakenitzum. Quod habuit hanc rationem, ut docendo Jura Adolescentes ipsi disserent in verum Legum Sensem penetrare, & conferendo super Actis, quæ ex variis & diffisis locis sèpè ad Facultatis Collegium deferuntur, cùm veteribus JCTis ipsi prima Processus initia imbiberen, ne postea ignari talium rerum in Aula nimis se præcipitarent. Sed hac ut multa bona sensim desierunt, cui ut fertur, si alicuius inconsiderantia dedit causam, satius fuisset huic malo remedio obviare, quam inveteratam & laudabilem Consuetudinem intermittere. Scientiam autem firmat Experientia, omnium rerum efficacissima magistra, Cap. quam sit. 6. de election. in 6to. & multis exercitiis acquisita, l. 65. §. 3. ff. de legat. 3. Hæc summoperè necessaria, cùm sine usu Scientia parum proficit, Boeth. in Prefat. de Disciplin. Scholast. & omnia opera quotidiano usu & jugi exercitatione perficiantur, Vegetius lib. 2. de Re Militar. (III.) Ut habeat bonum ingenium. Illud tria complectitur, Intellectum, Memoriam, & Judicium. Omnia in Referendario necessaria. Intellectus sit integer, ut possit in verum Sensem Legum inquirere, sicut diximus. Memoria ut possit diu retinere. Sèpè enim Acta ingentis sunt molis, & multorum Annorum onera, ea autem necesse est memoriam tenere, in primis autem in illa parte Actorum quæ attestata concernit, ubi labor immensus & copia sèpè exercitissi-

tissimos JCTos detinet. Demùm perfectis Actis exserit se Judicium, quod maximè in eo consistit, ut genus Actionis intelligat, inde necessaria attendat, juxta ea disputata, ut sèpè fit à malevolis Advocatis, sequestret, demùm habita Factorum & Jurium inter se collatione aliquid certi determinet. In hoc maxima virtus consistit & Referendarii dexteritas. Ubi notandum hæc in medio dici, nam nimis ignea & subtilia Ingenia rebus novandis apta, nimis tarda moræ, & litium immortalitat, sufficit, ubi que medium quantum fieri potest tenere, nec quis negligens si non ubique excellit, cùm omnes non omnia possint, inter Ingenia enim differentia est, l. 31. ff. de Solution. Cæteræ disciplinæ, ut Studium Historiarum, Antiquitatum, Philosophie, Eloquentie, sicut egregiæ Referendariorum exornant: ita dabit operam ne omnino harum rudis sit. Demùm (IV.) honestorum debet esse Morum & inculpatæ Vitæ, Ordinat. Pomer. ibi: aufrichtig. Infamibus enim Portæ Dignitatum non patent, l. 2. Cod. de Dignitat.

Dona Corporis quod attinet, requiritur Primò ut sit ex legitimo Thoro natus, Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. Deßgleichen ic. 2. ibi: Auch recht / natürlicher / chrlischer Geburt. Quanquam enim Spurii per se infamâ nullâ laborent, nec Juris, cùm Edicto eos Prætor non notaverit, l. 1. ff. de his qui vorant. infamia. nec Facti, cùm opinio vulgi nihil sit, & cordati homines indignitatem ex alieno errato non metiantur, Anton. Mathæ. Disputat. Pandect. 8. thes. 6. & injustum ut Parentum maculas luant Liberi, l. 22. Cod. de Pænis. Et hac de causa etiam olim ad Decurionatum admissi fuerint, l. 6. ff. de Decurion. tamen rationes sunt, ut habeatur ratio legitimè natorum, cùm hac ratione ad honestas Copulas adigantur Parentes, scientes sua vitia incommode Liberos, & licet boni sint Ingenii, metui tamen possint in illis hæreditaria crimina, l. 5. Cod. ad Leg. Jul. Majestat. quomodo in defectu aliorum ad Decurionatum tantum admissi qui potius in onere quam honore constitut, l. 3. §. 2. ff. de Decurion. nec hodiè ob Statuta, qualia in nostra Academia ad gradus admittuntur, cùm multa rectè fiant ex causa, licet non ex culpa. Sic annotavit Julius Magenhorst. ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. 2. illegitimo ex Thoro nato aliquando in Camera Assessoris dignitatem fuisse denegatam.

Deinde requiritur, ut sit Patriæ Incola, & in Germania natus, dict. §. Deßgleichen ic. 2. ibi: Aus Teuficher Nation geböhren / und derselben Nation Gebräuche und guter Gewohnheiten erfahren. Habet hoc rationem, tum quod fideliores præsumantur, tum quod Patriæ Jura & Mores in secreto habeantur, ne exteris cavillandi, vel corrumpendi detur occasio. Idem in Pomerania cautum, Land-Abschied de Anno 1600. Wollinenſj.

quod Princeps nemini Officia publica quam indigenis committere velit,
Ordinat. Pomeran. pag. 7. ibi: In unserm Lande gehohren. Hoc autem an
49. omni tempore, præsertim ubi Bella sunt, & Capite Provincia orbata
est, ita observari possit dubium, non semper nobiscum observatum
esse certum est.

50. Externum cultum quod attinet, non omnino debent spernere ele-
ctam Civilitatem: sedes enim si non tollunt, tamen diminuunt Virum,
in Ordinat. Cam. part. i. tit. 8. scriptum, quod mit zierlicher und ehrlicher
51. Kleidung / auch sonst in allem Wesen und Wandel vor andern also statt-
lich / ehrbar- und tapfferlich halten und erzeigen / damit sie Kaiserl. Ma-
jestät und denen Ständen des Reichs zu Ehren / gegen männlich in äuf-
serlichem Schein dafür angesehen / wie billich / geacht und gehalten werden/
wie sich auch ihrem Stand nach wohl ziemet und gebühret. Duo ergo at-
52. tendere debent ut Domini conditio fardido amictu non dehonestetur,
& deinde ne de proprio statu & honore aliquid remittant. Ille cultus
53. in Nobilibus & Doctoribus alibi exprimitur, quod scilicet bombycinis
Vestibus, Catenis aureis & molinibus paſſum se magnificos ostendere
possint, Recess. Imper. de Anno 1577. Walther. de Jur. Stat. ac Privileg. Doctor.
54. pag. m. 284. (2.) Debent in publicum progredientes suos pedissequos
habere, Denaſ. lib. 3. tit. 15. num. 4.

55. Cæteræ Virtutes, quæ Referendarii propriæ ex Juramento patent,
de quibus Cap. seq. sequitur, dispiciamus quot Personæ huic præficiendi
56. Muneri. Olim octo Referendarios Sacri Palatii fuisse, ex Novell. 10. pa-
tet: sed successu temporis eum numerum creuisse ut quatuordecim
57. fuerint, dict. Novell. 10. Hoc quia inconveniens & nihil immensum bo-
num est, Novell. 3. in princ. segnusque expeditunt omissa negotia plures,
multitudo etiam numerosa nihil habet honestum, cùm in paucis ex
multis, quæ secundum Virtutem est, Vita salvetur, ut Justinianus dicto
58. loco inquit, numerum illum quidem, ne aliquid auferre videretur, re-
liquit, usque dum ad octo redigeretur, in quo octonario numero vo-
luit in posterum consistere, adiectâ poenâ si quis stationem supra num-
59. rum peteret, Novell. 10. in fin. Hodiè variat passim numerus. In Senatu
60. Tholosano duodecim sunt Relatores, Budæus in Annotat. ad Pandect. tit. de
Senator. num. 2. tot in Senatu Vallidoleti seu Pinciano, Joh. Matienzi tra-
ctat. de Referendar. Advocator. & Judicum Officio part. i. cap. 5. num. 2. Causarum
61. Civilium, duo Criminalium. In Imperio Romano in Aula Cæsaris ob-
servatur, ut in unaquaque causa semper sit Referens & Correferens,
62. Ordinat. Judic. Aul. de Anno 1617. tit. 3. Item in Camera Imperiali, Ordinat.
Cam. part. i. tit. 10. §. So soll auch ic. 4. In Pomerania si causa gravis &
ardua,

ardua, & in Jure Factoque controversa est, Correferens assumendus,
pag. 11. §. Item Sachen ic. pag. 16. §. Wann die Sachen ic.

Ilud dubium an expediat Actis legendis præficere certos Referen- 63.
darios, an simul illud Officium cæteri Judicij Assessores subire debeant?
Possent quidem sibi blandiri Referendarii quasi ob industriam electam 64.
& approbatam possent sufficere Officio, argum. §. 4. Institut. de Mandato.
& quod dedecorum sit, & sugillet famam si alis committatur quasi 65.
imperiti sint, argum. l. 8. ff. ad Leg. Aquil. Verum tamen, quia Jus sepè 66.
obscurum & dubium, Doctorumque Interpretationibus anxiè involu-
tum est, l. 12. diff. loc. præterea Circumstantiæ Facti infinitæ, & earum 67.
Interpretatio sepè prudentissimos fallit, l. 2. ff. de Jur. & Fact. ignorant.
plerumque etiam recens ad Officium assumpti non æquè ordinis pro-
cedendi sint periti, quam veteres, quibus usus & præjudicia multa mon-
strarunt, alias etiam negotiorum & litium multitudo plures, si non im-
modicus sit numerus, asciscere potest, putare commodius esse, in-
primis si arduæ causæ obveniunt, ut Assessores Relatorum Munus non 68.
dedignarentur. Sic in Romana Curia Auditores invicem Causas juxta
Distributiones seu Commissiones eis per Vice-Cancellarium seu Can-
cellariæ Regentem factas referre annotatum in Decis. Rot. Roman. 362.
Gometz in Regul. Judicial. Cancell. Apostol. quest. 16. & de utriusque Signatur.
Compend. vers. postquam. pag. 324. Nevizan. in Sylva Nuptial. lib. 5. num. 99. ad
med. & addit Octavianus Vestr. tractat. de Moribus Judic. Cur. Roman. lib. 7.
vers. lat. fol. 102. Auditores meri Relatoris, Officium obtainere. Idem in 69.
Senatu Parisiensi observari patet ex Epistola Jacobi Stephani Præfationi
Legum Connubialium Tiraquelli Senatoris Parisensis præfixa, ubi in-
ter cætera Tiraquellum his verbis laudat, etenim sive censeat ipse, ac 70.
de proposita causa sententiam dicat, sive summam controversiæ, se-
riemque exponat Renunciatoris partes agens quanta fide hoc facit? Si-
mile de Summis Hispaniæ Judicis Granatensi, & Pinciano testatur Or-
dinat. Regis Johannis I. de Anno 1390. Montal. in Repertor. Legumi. verb. Relatio.
Joh. Matienzi tractat. de Referendar. Advocator. & Judicum Officio part. i. cap. 1.
num. 2. De Arrogonia, idem num. 3. In Camera Imperiali singuli Asses-
sores referunt, juxta ordinem à Judice sive Præsidente ipsis assignatum,
Ordinat. Cam. part. i. tit. 10. Item in Judicio Cæsaris Aulico, Ordinat. Judic.
Aul. 1617. tit. 1. §. In solidem ic. 2. In Pomerania ordinatum, ut pro 73.
conditione causæ Præsidens seu Director statuat, ut si levius uni com-
mittatur, si ardua ad minimum Assessoriibus duobus, pag. 10. §. Was
aber grosse Acta &c. & additum si nondum ipse Acta alia habeat, quod
Director ipse debeat Correferens esse, pag. 11. §. Wo Sachen ic. ibi: So
soll

- soll der Verwalter ic. Inprimis verò cavere ne arduæ cause novis Assessoribus, qui nondum exerciti, solis sine Correferente committantur, pag. 11. dict. S. Wo Sachen ic. ibi: Und da junge neue ic. Quod si Referendarii dicere velint, ita eorum Officia cum Assessoribus confundi, & se inutiles esse: Parum id est, cùm non in omnibus Judiciis separata Officia sint, & suprà diximus eos in plerisque cum Assessoribus convenire, & ideo de illis dicta his competere, sufficiat quòd principalis Officia distinxit, & illi solum referendis Actis constituti sint, Assessores ut audiant Relationes & super Sententia cum iis convenient. Inutiles tamen non sunt, cùm suum faciant, & debent hoc æquio animo ferre, cùm multa discere possint, & ipsi plerumque inexperti sint, Ordinat. Pomeran. pag. 11. ibi: Ungeübt ic. qua de causa in Pomerania statutum, quod si duobus Acta sint commissa legenda, Director primò Juniorum, & deinde Correferentem Relationem proferre jubere debeat, Ordinat. Pomeran. pag. 11. dict. S. Wo Sachen ic. ibi: Von den beyden allezeit den Jüngsten erst ic.

CAPUT IV.

De Vocatione Referendariorum & Juramento.

S U M M A R I A.

1. Nemo debet fibi ipse Munus sumere. 2. 3.
4. Suspectus qui se ingerit.
5. Referendarius per Literas Vocationis confitetur.
6. Postea ipse locus assignatur.
7. Officium in Literis Vocationis exprimitur.
8. Referendarius promittit Juramento se id preficendum.
9. Formula Juramenti.
10. Partes Officij sunt, ut (1.) Referendarius solum Officio suo vacet. 11.
12. Animus Lucro deditus nihil rectum prævider.
13. Debet (11.) privatos Affectus seponere. 14.
15. Grave sub suspecto Judice litigare. 16.
17. Suspicio ex variis causis oritur. 18.
19. Non libenter Judge ut suspectus rejiciendus.
20. Modus in Pomerania Judicem faciendi suspectum. 21.

22. Debet

22. Debet diligenter (III.) attendere ad aliorum suffragia: nec illos impediare. 23.
24. Præfinito (IV.) tempore adesse.
25. Quæ in confessu geruntur (V.) clam habere.
26. Non (VI.) singularis esse. 27.
28. Singularitas unde noscatur.
29. Acta Judicialia domi (VII.) secreto habere.
30. Publicationi (VIII.) Sententia adesse. 31.
32. Referendarius debet se ipsum examinare an dignus sit. 33.
34. Imperitia culpa annumeratur. 35.
36. Si Referendarius indignus repertus fuerit, Princeps illum removere potest, substituendo ulium. 37.

Q uia nemo sibi Munus propriâ authoritate sumere debet, si ut dictum illa Ingenii Corporisque Dona quis habet, expectare debet donec ab ipso, qui Jus constituendi Magistratus habet, vocetur, & ei Provincia Referendariatus committatur. Episcopus non vocatus non assumitur, Cap. querelam. 24. X. de election. Consules electione fiunt, l. 1. ff. de albo scribendo. Imò nulla Officia nisi legitimis suffragiis, vel authoritate Superioris conceduntur, l. 1. Cod. de Suffragio. & l. unic. ff. ad Leg. Jul. de ambitu. Ergò nec Referendariatus suspectus enim qui se ingerit, l. 25. ff. de Procurator. In Pomerania moris est, ut vocentur à Principe, pag. 7. Wir wollen mit gemeinem Rath bestellen ic. Hoc fit per Literas Vocationis, quæ solent eine Bestallung dici, in quibus Referendarii Idoneitas approbatur, & ei Munus confertur. Has si acceptat Referendarius, in Collegium cæterorum adsciscitur, & illi locus & hora assignatur. Quæ assumptio possessionis translationem quodammodo in se continet. Ut autem sciat Referendarius quod suum Officium sit, illud in Literis Vocationis solet exprimi, promittit illud se servaturum Juramento, quod in præsentia reliquorum Collegarum jurat, scilicet quod suo Officio dignè præesse velit, Ordinat. Cam. part. 1. tit. 57. Formula Juramenti in Ordinat. Pomeran. pag. 40. invenitur: Der Referendarius schwört / daß er wolle an unserm verordneten Hof-Gericht seinem Amtte getreulich und redlich vor seyn / nach gemeinen beschriebenen Rechten/ ehrbaren und guten Verordnungen/ Begnadungen/ Statuten und Gewohnheiten/ ic. so fern dieselbe vorkommen/ seinem besten Verstand nach/ männiglichen hohen und niederen Standes/ gleich urtheilen/ sich weder Furcht/ Drau/ Gewalt/ Befehl/ Geschäfte/ Liebe/ Freid/ Gabe/ Freundschaft/ oder andere Sachen/ in was Nahmen das immer geschehen möchte/ nicht bewegen lassen/ auch mit niemand Feinerley Anhang oder Zusfall

D

Zusfall

- Zufall im urtheilen suchen noch machen / von denen Parthenen / so vor ihm zu rechten oder zu handeln haben / von seinem wegen keinerley Geschenk / Gabe / oder Nutzung / durch sich selbst oder andere nehmen / oder in seinen Nutz nehmen lassen / in was Gestalt oder Schein das geschehen möchte / keiner Parthen rathe / oder Warnung thun / die Heimlichkeit und Rathschläge des Gerichtes den Parthenen oder andern / vor oder nach dem Urtheil nicht eröffnen / die Sachen und Urtheil böser Meinung nicht verziehen / ob dieser Ordnung nach Vermögen halten / und alles andere thun und lassen / das einem frommen Richter und Urtheiler wohl gebühret / alles getreulich und ohne Gefahrde.
10. Capita Juramenti continent singulares partes Officii, quas Referendarius bene observare debet. Sunt plerumque haec: (I.) Quod Referendarius solum debeat vacare Judicio, & aliis Negotiis, Mercimoniis, Advocatione, & Consultatione penitus abstinere, *Ordinat. Cam. part. i. tit. 6. & tit. 13. §. Die Bevölkerer sollen auch cc. 4.* Cūm enim animus lucro deditus est, vel ad turpia deflectere, vel ad famæ læsionem, si simul Advocatus esse vellet & Judge, deviare solet, quod ne fiat omnimeodo obex ponendus fuit ne suspecta sit Justitiae administratio, *Ordinat. Pomeran. pag. 15. §. Die Bevölkerer cc. ibi: Retner andere freimde Geschäft/ Handthirung und Werbung cc.* (II.) Debet Jus dicere & Sententiam suam proferre non ex proprio affectu, vel odio aut gratia, quorum utriusque causas procul habere debet, sed æquabiliter juxta Acta & Probata, & juxta Consuetudines & Mores cuiusque Provinciæ, & illis deficientibus juxta Jus Imperii, vel Commune. Grave enim est sub suspecto Judge litigare, & exceptio suspecti adeò favorabilis, ut solâ allegatione sine ordinario Libello Recusationis possit proponi, *Zanger. trattat. de Exception. part. 2. cap. 6.* Suspectus autem est qui Litigantibus Inimicus, *I. 9. ff. de liberal. caus. vel Amicus, Cap. accedens. 4. ut lite non contestata. I. unic. Cod. si quacunque præd. potestat. vel Socius, I. 63. ff. pro socio. vel alio virtio laborat* vel alias gravis est, *Lanfranc. in Cap. quoniam. 11. de Probation. Cap. 13. de Recusation. Jason. in I. 16. Cod. de Judic. num. 7.* Durum quidem Judici negligenter, sordium aut amicitiae causam imputare, haec enim causæ sunt ob quas rejicitur, quo casu etiam alias adjunctus fuit, melius tamen publicè, ut æqua sit Justitiae administratio. In Pomerania ne propter suspicio nem alicui præjudicium obveniat ordinatum, ut qui causæ affines sunt, vel aliâ ratione rejici possint, illi ipsi hoc debeant Principi significare, & sua sponte abstinere, *Ordinat. Pomeran. pag. 16. §. Die auch cc.* Quod si facere nolint, Litigantibus permisum hoc Principi, vel Præsidenti clam, vel etiam publicè cum modestia indicare, *pag. 16. §. Da auch cc.*
- (III.) De-

- (III.) Debent Referendarii diligenter ad uniuscujusque Relationem attendere, nec unus alterum Sermone, Colloquiis, vel alio strepitu impedito, quo minus Sententiam non interrupto ordine proferat, *Ordinat. Cam. part. i. dict. tit. 13. §. Es sollen auch cc. 6.* Sic nec unus alteri obliqui vel durante Relatione surgere, circumire, de alienis causis loqui, *Ordinat. Pomeran. pag. 15. §. Es sollen cc. ne inter referendum Litigantibus damnum negligentia oriatur.* (IV.) In puncto præfinitæ horæ debet Collegio adesse, nisi legitimum illi sit obstaculum, *dict. tit. 13. §. Es soll auch ein jeder cc. 8. Ordinat. Pomeran. pag. 15.* (V.) Quæ in Senatu geruntur, atque Sententia, Votisque determinantur, perpetuò debet tenere silentio, nec ea cuiquam revelare, nisi Imperatoris vel Principis præcedat jussus, *dict. tit. 13. §. Es sollen auch die Richter cc. 16. Ordinat. Pomeran. pag. 17. §. Die Assessoren &c.* (VI.) Debet in primis cayere ne in Votis sit singularis & pervicax, qui nullâ ratione electi possit ad aliorum Vota, *Ordinat. Pomeran. pag. 15. §. So auch cc.* Quod tamen intelligendum est, non quasi contra communem opinionem, nihil possit proferre, sed quod sine causa ingenii pervicaciam ubi non necesse est in damnum Litigantium ostendere debeat, ibi: *Der Singularität gefährlicher Weise cc. quæ singularitas colligitur si sœpius id affecta verit, ibi: Offitnals und perinactier bestießigen würde.* (VII.) Acta Judicialia, quæ ad referendum tradita, domi secreto tenere debet, ne Familiæ suæ obviā, & ante oculos sint, *dict. tit. 13. §. Item es sollen cc. 17. Ordinat. Pomeran. pag. 17. §. Demgleichen cc.* (VIII.) Publicationi Sententiae adesse debet, *Ordinat. Cam. part. i. tit. 14.*
- Haec sunt partes Officii, quas digni Referendarii Officium sustinere cupiens observare debet, qua de causa in *Ordinat. Pomeran. tit. Von Straf der Gerichts-Personen cc. pag. 26. §. Und ob cc. statutum, ut unusquisque seipsum examinet, an aptus sit, vel non, & si repererit se deficere, non debeat hoc Munus subire.* Nemo enim debet affectare id in quo scit, vel scire debet suam imbecillitatem periculosam esse, *I. 8. ff. ad Leg. Aquil. imperitia enim culpa annumeratur, §. 1. eod. & culpa est rei alienæ se immiscere, Phil. Mathæ. ad I. 36. ff. de Regul. Jur.* Quod si quis contra hæc Officium suscepit, & postea negligenter, & indecorè gesserit, in primis singularitati studuerit, nec ad unam vel alteram admonitionem abstinuerit, Princeps se curaturum disponit, ut ab Officio removetur, & alias ipsi substituatur, *Ordinat. Pomeran. pag. 15. §. So auch cc. & pag. 26. §. Und ob wir wohl cc.*

CAPUT V.

De Actis, quo Ordine, Tempore & Loco
legi debeant.

SUMM A R I A.

1. Acta in genere quid? 2.
3. Eorum divisio.
4. Privata qua.
5. Publica rursum duplicita.
6. Judicialium subdivisio. 7.
8. Quedam pertinent ad voluntariam Jurisdictionem. 9. 10. 11.
12. Alia ad Jurisdictionem contentivum. 13.
14. Definitio Actorum. 15. 16.
17. Quatuor ad Actorum factionem necessaria. 18.
19. (I.) Judex.
20. Judices solent habere Libros in quibus Sententia descripta.
21. Debent curare ut Acta diligenter scribantur, alias tenentur ad interesse. 23.
22. Acta manca rejiciuntur.
24. (II.) Tabelliones seu Notarii. 25.
26. Eorum Officium. 27.
28. Olim certum fuit Corpus. 29.
30. Quod ferè hodie est. 31.
32. Protonotarii Officium describitur. 33. 35.
34. Uti & Substituti.
36. Registratoris.
37. Carterorum Scribarum.
38. Protonotarius debet Jurisperitus esse.
39. (III.) Lis seu Controversia ad Acta facienda necessaria. 40. 41. 42.
43. Acta debent fieri parte praesente. 44.
45. (IV.) Coram Tribunalis Acta sunt.
46. Apud Acta fieri quid? 47. 48. 49. 50.
51. Apud Acta an dicatur Factum quod sit à Judice, vel Notario extra locum 7u-
dicii. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 61.
56. Explicatio l. 4. §. 1. de Interrogat. in Jur. faciend.
62. Acta debent justo ordine cum circumstantiis scribi.
63. Liber in Judicium solet esse, Registratura dictus, in quo Actorum Ordo designa-
tus. 64.

65. Acta

65. Acta cur dicantur publica.
66. Acta Judicij rursum duplicita.
67. Acta Ordinis qua. 68. 69.
70. In Jure omnia debent Ordine agi. 71. 72.
73. Processus Juris multi ediderunt. 74.
75. Acta quando incipiunt.
76. Procuratores productis Titulum inscribere debent.
77. Deciditur an Sententia sit pars Actorum. 78. 79.
80. Acta Causa que?
81. Quomodo ea fiunt traditur. 82. 83. 84. 85.
86. Ostenditur quid sit eine Probation-Schrift.
87. Exception-Oder Elisy-Schrift.
88. Rechts-Satz.
89. Advocati non debent copiosi in allegando esse.
90. Sufficit unam aut alteram Legem, vel Doctorum allegare.
91. Pessimè Regula Generales, vel Canones ex alii Disciplinis ex Jure probantur. 92.
93. Advocatus si falso allegat tenetur.
94. Forma allegandi adducitur. 95. 96. 97. 98. 99.
100. Disquiritur an Referendarius aequaliter ad Acta Ordinis & Causa attendere le-
beat. 101. 102. 103. 104. 105.
106. Doctorum Curie Parisiensis, Curia scit Jura, venite ad Factum.
107. Ius certum & finitum est. 108. 109.
110. Judex Ius supplere potest.
111. Tunc ne nimis filiat Judex Allegacionibus Advocatorum. 112. 113.
114. Planè tamen spernere non debet. 115.
116. Hodie Doctorum Authoritas non necessaria, sed probabilis est.
117. Sepè Informationes Sapientum miserè ceduntur, & emendicantur.
118. Judex à Consilio Sapientum recedere potest. 119.
120. Acta debent tota legi & omnes Circumstantiae bene observari. 121. 122.
123. Justo tempore de die, non nocte Acta legenda. 124.
125. An in Feriis?
126. Describitur quid hoc de re in Pomerania observetur. 127. 128. 129.
130. Acta possunt in loco Judicij & Domi perlegi. 131. 132.
133. Dammodo clam Familia hoc fiat.
134. Traditur quo Ordine Causa & Lites referenda, & qua differentia, quod quadam
Causa sint in Ordine Sententiarum, quadam Novarum, quadam Prefixa-
rum sive Terminorum. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141.
142. Processus qui primo incepit primo finiri debet.
143. Ordo has de re in Pomerania consuetus adducetur. 144. 145. 146.
147. Exci-

D 3

147. Excipiuntur quadam Causa.
 148. Ut (1.) Spoliū, cuius datur ratio. 149. 150.
 151. (2.) Piarum Causarum. 152.
 153. (3.) Ubi Periculum in mora. 154.
 155. Ubi Periculum in mora receditur à Regulis Juris Communis.
 156. Quanda dicatur Periculum in mora esse permittitur arbitrio Judicis.

1. **C**um igitur principale Officium Referendarii consistat in legendis Actis, hæc quid sint videndum est. Acta in Jure dicuntur generaliter quælibet facta sive re sive verbo quid agatur, sive corpore, sive animo, sive committendo, sive omitendo, l. 19. & 20. ff. de verbis significat. l. 2. ff. de cap. minut. In specie Consignationes super Rebus gestis. Hæc Acta sunt privata, vel publica. Illa sunt Libri quibus privati rationes suas, vel actus veluti Testamenta, Contractus consignant, l. 1. §. 2. ff. de edendo. Pratt. in Lexico Juris Civil. & Canon. verb. Acta. Hæc rursus duplia sunt, vel enim (1.) significant Libros, ac Tabulas continentia publica Reipublicæ vel Civitatis Acta, & Negotia seu Statuta, in quibus res gestæ Principis, aut Populi, aut Leges scriptæ, Cicer. lib. 1. & 2. Philip. vel (2.) denotat omne id quod apud Jus dicentem ad causam sive publicam sive privatam pertinens gestum, ejusque authoritate Litteris mandatum est, l. 2. Cod. de edendo. Hæc rursus vel voluntariam, vel contentiosam concernunt Jurisdictionem. Illa dicuntur quæ inter violentes expediuntur. Hoc modo dicitur in Jure Donatio Actis insinuari, §. 3. Institut. de Donation. vel Testamentum apud Acta fieri, l. 19. Cod. de Testamento. Wesenbee. Paratit. de Testamento. num. 10. Servus Actis intervenientibus Filius nominari, §. fin. Institut. de Adoption. Filius emancipari, §. 7. Institut. quib. mod. toll. patr. pot. quod scilicet Magistratu talia insinuentur, ut in Libros publicos redigat, Bacchov. ad dict. §. 3. Institut. de donatione. Hæc dicuntur alio nomine Forensia Negotia, quia in Foro aguntur, l. 20. Cod. de fide Instrumentor. Marant. in Specul. Aur. part. 6. tit. de edit. Actor. num. 5. Ad Jurisdictionem contentiosam spectant propriè Processus Juris, & de his hoc loco agimus. Hæc Acta definit Marant. in dict. Specul. Aur. part. 6. tit. de edit. Actor. num. 1. Pacian. de Probation. tit. de Actor. amission. quod sint omnes Scripturæ in Judicio coram Judice scriptæ manu Officialis ad hoc deputati. Sed quia hæc descriptio etiam Actis voluntarie Jurisdictionis, in quibus non fertur Sententia, tum etiam publicis convenient, angustior terminatio ponenda est. Melius igitur, definiuntur Acta, gesta coram Judice in Judicio à Litigantibus, & à Scriba consignata. Hactenus ergò Maranta recte posuit, quod ad Acta tria requirantur,

rantur, nempe Judicium, Persona Judicis, & Tabellionis, illud vero male 18. omisit, quod super Lite & Controversia talia Acta consignentur. I. De Judice id disponit l. 2. Cod. de edendo. ibi: apud quem res agitur. 19. l. 45. ff. de re judicat. ibi: Judex. l. 46. eod. & legimus apud illos olim Li- 20. bros suis, in quibus Pronunciata & Sententia descripta fuerint, ὑπομνή- 21. ματα seu Submemorations dictæ, ut ex illis retro Judex se informare, & ante Acta reminisci possit, l. 13. §. 10. ff. de excusation. Tutor. Hæc Acta 22. Judex diligenter debet scribere, & ideo si Acta scribi neglexerit, puni- 23. tur, Mynsing. centur. 1. observat. 11. & centur. 2. observat. 16. Sicut etiam Acta manca rejiciuntur, Mynsing. dict. observat. 16. Ita tamen ut alleganti manca esse, Probatio incumbat, quæ facile fieri potest per Inspectionem 24. Actorum, ut si Probationes, Sententia, & alia reperiantur, Citatio & Litis contestatio omisita sint, statim Acta constat manca esse, Gail. lib. 1. obseruat. 134. num. 14. 15. Quo Casu & Doctores tradunt, quod Judex Parti ad interesse teneatur, Gail. dict. num. 14. Mynsing. dict. loc. 25. II. De Tabellionibus agit Bornitius lib. 2. cap. 9. & cap. 12. Hi alio nomine Actuarii dicuntur, Rubr. Cod. de Numerar. Actuar. & Charrular. l. 5. Cod. de erat. Militar. Annon. Græcè ὑπομνηματοφύλακες, ὑπομνηματόγραφοι, 26. Actorum Scriptores, aliter Notarii dicuntur à Notis, l. 33. §. 1. ff. ex quib. ex. major. Officium Tabellionum primo in Contractibus & Testamen- 27. tis privatorum conscribendis constitut, postea ad Forensia Negotia tra- 28. ductum, l. 20. Cod. de fide Instrumentor. & inde Instrumenta à Tabellionibus conscripta ἔγοραια dicuntur, Novell. 73. §2. 11. 142. Patet etiam ex 29. Novell. 44. περὶ συμβολογράφων, quod Tabelliones habuerint Stationes, Gradus, Scamna, & Ministros sive Discipulos, itemque Adjutorem sive Substitutum confirmatum apud Acta. Et ex Leonis Novell. οἵ τοις πολιτι- 30. κῶν εργατικῶν διατίθεν intelligitur suis certum Tabellionum Corpus 31. sub Primicerio, à quo ex Collegii Sententia Tabelliones quoque crea- 32. bantur. Hodie vocantur Notarii, Lectores, Registratores, Secretarii, Scribæ. Officium eorum est, ad Tribunal Judicis prouida, ut vocant, Partium litigantium nomine vel excipere, vel describere ad Acta, vel Processus expedire, & Judicia ordinare, Vultej. in Commentar. ad Institut. princ. de Action. num. 20. & 32. Eorum primus vocatur Protonotarius, quasi Princeps Ordinis, non quasi necesse sit ut creatus sit Notarius, sed quod plerumque Actuarii Notarii sint, & ipse inter eos primus. Sufficit enim ipsum Officium à Principe habere, Marant. dict. loc. num. 22. Hic ut olim solet sub se Substitutum, vel Registratorem habere. Usus ferè ita distinguit Officia: ut Protonotarius omnia protocollet & concipiatur, vid. Ordinat. Romeran. de Offic. Protonotari. pag. 18. In primis diligenter Acta susci- 33. piat,

- piat, & ad referendum collocet. Quod si impediatur, ei subvenit Substitutus. Registrator autem propriè annotat Tempora & Dies, quo publicantur Decreta, & unaquæque Scriptura producta, ut de Termine constare possit. Cætera turba Secretariorum describindis Actis, & dandis, ut dicere solent, Copiis, operam navant. Debet autem Protontarius Jurisperitus esse, Novell. 66. homo fidei probæ, & loquendi scribendique peritissimus, qui Libros 60. Basilikorum teneat, & habeat èm' sūcūres, Titulos 40. Enchiridii, Calvin. in Lexic. Jur. verb. Tabellion. Ordinat. Pomeran. ibi: *Einen gelahrten/aufrechtigen/fleißigen/und erfahrenen.*
- Debet autem III. Lis esse, quæ est concertatio super casu controverso, sive Criminalis sive Civilis sit, cùm enim petatur Sententia quæ litem dirimat, necesse est rem dubiam esse, Marant. dict. loc. princ. de Instant. pag. 204. Quicquid igitur in Judicio super Causis controversis præsente Judice & Tabellione fit, id dicitur de Actis esse, l. 15. & l. 19. ff. de Probation. Novell. 124. cap. 3. Novell. 126. cap. 3. Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 32. Hæc vocantur aliàs Acta Judicij, l. 3. Cod. de tempor. & reparat. Appellation. vel Judicialia, gesta in Judicio, l. 24. Cod. de Appellation. l. 32. §. 2. eod. Mascard. de Probation. dict. conclus. 32. num. 3. Germanicè Gerichtliche Acten, vñer Sachen / Ordinat. Pomeran. pag. 9. &c. Acta autem debent fieri Parte præsente & citata, vel absente per contumaciam, aliàs non probant, nec alteri præjudicant, in casu, in quo sumus in Contradictorio Judicio, l. 47. ff. de re judicat. l. 39. ff. de Adoption. & addit Marant. dict. loc. num. 17. quod debeant fieri altera parte instante, aliàs non valere, Ang. consil. 286. col. 2.
- IV. Requisitum est, ut in Judicio fiant: hoc est in Jure seu Loco, quo Jus dicitur, l. penult. ff. de Justit. & Jur. ita enim vox Judicij accipitur pro Tribunal, l. 76. ff. de legat. 2. l. 2. ff. de re judicat. Alibi hoc dicitur apud Acta fieri, l. 2. Cod. de Custod. Reor. ibi: *nocens debet audiri ut quasi sub publico Testimoniō commemoratio Criminis fiat.* l. 24. Cod. de liberal. cauf. ibi: *apud Acta profess.* l. 45. ff. de re judicat. ibi: *Acta apud se habita.* quæ sanè arguunt Figuram Judicij fuisse, & illud idem significare quod in Judicio, Bald. in dict. l. 24. Cod. de liberal. cauf. asserit. Et quod illa vox, apud Acta, Figuram Judicij seu Locum Juris significet, probatur ex l. 2. ff. de Appellation. ibi: *si apud Acta quis appellaverit.* l. 5. §. fin. eod. ibi: *si inter Acta vivā voce appellavit.* l. 28. Cod. de Transaction. ibi: *sive apud Acta.* ubi Locus Judicij & alijs locus opponuntur, & dicitur valere Transaction licet Scriptura non intercesserit, si ex Actis constet, l. 5. Cod. eod. Quæritur: An apud Acta dicitur Factum, & Actorum nomen mereatur, quod fit à Judice extra Locum Judicij, vel à Notario coram Testibus? In Actibus voluntariae Juris-

- Jurisdictionis veluti Donatione, nisi ad Pias Causas, l. 19. Cod. de Sacrofancē. Eccles. Testamenti factione non habetur pro Testamento ad Acta factō sine Insinuatione Judiciali, l. 36. Cod. de Donation. quod coram solo Judice extra locum Judicij fit, Gloss. in l. 41. vers. apud aliud Judicium. Cod. de liberal. cauf. Bursat. consil. 307. num. 85. multò minus ergo obtinebit in contentiousis. Cùm enim Partium interesse sit, & illa coram Judice in loco Judicij agenda, in illa decisione manendum, l. penult. ff. de Justit. & Jur. Persona enim Judicis & locus Judicij requiritur ut Acta dicantur, Dauth. in l. 19. Cod. de Testament. Cephal. consil. 360. num. 11. & Actus Extrajudiciales dicuntur Facta, non Acta, Guid. Papæ decis. 616. num. 3. Non quidem fides omnis derogatur illis, quæ extra Judicium à Judice, vel Notario aguntur, sed quasi in figura Judicij factum dici potest, l. 2. Cod. de Custod. Reor. l. 1. §. 10. ibi: *quasi in Judicij figura.* Cod. de latin. liberrat. tollend. Hinc Notarii Judices ordinarii dicuntur, quia Actus Judiciales, ut Appellatio, coram illis expediri possunt, Bornitius lib. 1. cap. 20. non tamen talia gesta Actorum nomine venire possunt. Nec obstat, l. 4. §. 1. ff. de interrogatio. in Fur. faciend. ubi dicitur: *Jus esse non eum solum locum ubi Praetor Juris dicendi vel judicandi gratia consistat, sed si domi & in itinere hoc agat.* Ut enim cum Hottoman. lib. 1. observat. 22. Legem non emendemus, & particula Non adjecta dicamus non domi, vel in itinere factum, dicere possumus salvâ lectione à Cujac. 14. dict. §. 11. Bachov. in Proti tit. de Fur. pag. 18. defensa, olim Praetori licuisse Sella posita extra ordinem Jus, id est, locum Judicij constituere, dummodò nihil contra Majestatem Imperii faceret, obtinuisse tamen hoc in levibus causis ubi de plano actum, l. 1. ff. de Constitut. Princip. Cùm verò hodiè ille modus mutatus, & Actus contentiouse Jurisdictionis in Partium præsentia fieri debeant, malè inter hodiernum Judiciorum & eum, qui jam sublati Formulis tempore Justiniani fuit, fit comparatio. Interim in dubio in Jure denotat coram Tribunal actum, Calvin. in Lexic. Jur. verb. Jus. Falsa igitur est assertio Bald. & Alexand. in Addit. ad Bartol. in l. 45. §. 5. ff. de Jure Fisci. ubi dicit, omnem Scripturam, quæ fit coram Judice, dici de Actis, exceptis iis, quæ fiunt ante Litigationem, ut Citatio, quia illa dicatur Præparatio ad Acta. Nam olim quidem id verum erat, cùm Judicium incipiebat à Litigatione, hodiè secus est, quo dicitur inchoari, cùm primum pro Processibus supplicatur. infra num. 75.
- Debet autem Acta justo ordine scribi, id est, adjectione Loci, Temporis, Anni & Mensis, Cap. Bona memoria. X. de Election. Hottoman. in §. fin. Infirur. de Adoption. Quo fine olim habuerunt Volumina Gestorum, in quo hæc consignarentur, l. 39. §. 1. in fin. Cod. de Appellation. & hodiè in

in Judiciis Liber est Registratura dictus, in quo omnia consignantur ad futuram memoriam, fidem & certitudinem, in quo etiam Partes propter Terminum lapsum Jura quæsita habent, *Ordinat. Pomeran.* pag. 9. §. *Der Verwalter* n. & pag. 18. §. Et soll n. & talia gesta consignari & diligenter adnotari debere docet, *Gail. lib. 1. observat. 134. num. 12. 18. & 21.* Dicuntur hæc Acta Publica propterea quod coram Judice, & Personâ publicâ, puta Notario, vel Officiali alio ad hæc deputato in loco publico fiant, l. 2. *Cod. de Custod. Reor.* ibi: *quasi sub publico Testimonia.* Sunt autem duplia, alia vocantur Acta Judicij κατ' ἔγοχην, alia Acta Causæ. Illa possunt 65. alio nomine Acta Processus vocari, quia sunt talia, quæ respiciunt Judiciorum Solemnitatem, Ordinem & Modum agendi. Describit ea 66. Pontifex in Cap. quoniam. II. X. de Probation. quod contineant Citationes, Dilations, Recusationes, Exceptiones, Positiones, Responsiones, Interrogationes, Confessiones, Testium Depositiones, Instrumentorum Productiones, Interlocutiones, Appellations, Renunciations, Conclusiones, & cætera quæ occurserint: uno verbo, quæ descriptionem 67. Ordinis, & themata Processus habent. Cum enim non sufficiat Judicium esse, nisi omnia ordine procedant, & si tumultuariè agatur, facile 68. Judex in errorem venire possit, ideo olim certæ Formulae & Partes Juricij, quæ à Citatione incipiebant, usque ad Sententiam erant inventæ, de quibus l. 2. ff. de Orig. Jur. istis postea antiquatis nihilominus mansit certus ordo procedendi, tot. tit. *Cod. de formul. & impetracion. action. sublat.* 69. & adscribitur ille maximè dispositioni Juris Canonici, quod etiam ideo in Academiis docendum Doctores passim tradunt. De quo nos alibi. 70. De forma autem ipsa hodiè procedendi pluribus agunt Practici, qui hanc materiam tractarunt, veluti Speculat. *Gail. lib. 1. observat. 2. & seqq.* 71. Rosbach. Gilkauf. Marant. Ummius. De Processu Camerali in specie *Gail. Mynsing. Mindan. de Proces.* Gylmann. Schwanmann. Roding. Juris Saxonici, Thöming. Pistorius. Fasch. Carpzov. Berlich. Aliorum 72. Judiciorum die Gerichts-Ordnungen und Statuta. Hodiè Acta incipiunt à Supplicatione pro Procesibus, ad quam Judex Citationem & alia emittit, & usque ad conclusionem in causa procedit, Vultej. *Jur. prud. Roman.* lib. 2. cap. 27. Ummius disputat. 3. ad Proces. thes. 1. & hoc est quod Gail. dicit, Acta incipere cum Judicio coepit, lib. 1. observat. 93. 73. num. 7. Ad melius autem hunc ordinem obtinendum solet Procuratoribus injungi durch Gemeine Bescheide/ut rubricent Acta, *Ordinat. Pomeran.* tit. de Procuratoribus pag. 30. Oritur hinc dubium, an Sententia etiam veniat nomine Actorum? Affirm. Marant. dict. loc. num. 14. Bartol. in l. 2. *Cod. de edendo.* Alexand. in l. 46. ff. de re judicat. Abbas in Cap. quoniam. II. X. de Proba-

Probation. Felin. in Cap. causam. II. X. de Testibus. Ego juxta superiora puto 78. distinguendum, quia de illa Partes non agunt, & amplius non lis est, sed finis, in Prima Instantia nomine Actorum non venire. In Secunda verò cum impugnetur, l. 1. ff. de Appellation. & desuper de novo lis contestetur, & alia Sententia expectetur, & ab ea incipiat Judicium, non benè negari de Actis esse, in primis cum Referendarius in Secunda Instantia maximè ad priorem Sententiam respiciat. 79. Acta Causæ seu Litis sunt, quæ respiciunt factum pro victoria causa obtainenda, prout sunt Attestationes, Confessiones, Scripturæ, Allegationes Juris, & aliae Probationes, *Gloss. in Clementin. Sapè. vers. Decision.* Abbas in Cap. causam. II. X. de Testibus. Per Allegationes autem intelligimus Disputationes Partium, quando super Facto vel Jure Judicem instruunt, l. 75. ff. de Judic. ibi: *allegent.* hoc solent hodiè dicere, Merita Causæ deducere, quando scilicet Partes, proposita ductis Argumentis in Facto vera, & Juri convenientia demonstrant. Incipit plerumque Allegationes, cui primò onus probandi incumbit, quod ordinariè est Actoris, §. 4. *Institut. de Legat.* cuius assertum si Reus fatetur, sed exceptione obvenit fieri potest ut ipse primò alleget. Allegationes autem circa Factum propriè versantur, nam plerumque illis id agitur, ut Probationes factæ ab Actore in Judicium dedicantur, quod solemus vocare eum Probation-Schrift / contra Reus solet impugnare Probationes prætentendo Testium, vel Instrumentorum vitia, & vocamus eum Exception- oder Elisiv-Schrift. Uterque verò Actor & Reus si Judicem etiam super Jure informant, quod tamen necesse non est, & fit simul in uno Scripto, solet Scriptura talis vocari eum Rechts-Sag. Summa hic Advocatorum eruditio, & simul vafrties solet manifestari, ut enim Factum benè deducant necesse est, si Jus superaddunt à copiosa Jurium & Doctorum Allegatione, qua sèpè suam stoliditatem, & si retro leguntur, falsitatem & ostentationem ostendunt, quām maximè abstinere debent. Sufficit si unam, vel alteram Legem, quæ casum in terminis decidat, & non in genere sed in Loco & Rubrica, sub qua est, & Doctorem in terminis, ut loqui amant, vel appositorum præjudicium appotent, Asin. in Prax. Florentin. §. 24. cap. 3. num. 9. Vulgares verò Juris Regulas, seu Brocardici vulgo, vel Regulas Logicas ex Jure velle operosa ostentatione adstruere id superfluum, & hominum est abutentium tempore. Caveat autem ne Leges correctas pro decisione, aut causas adducat in Allegationibus. Utroque enim casu falsi tenetur, si dolo facit, l. 75. ff. de Judic. Asin. dict. §. 24. cap. 5. Speculat. de Disputat. & Allegat. §. fin. num. 3. Quomodo autem Advocatus allegare debeat, non est decisum. 90. 91. 92. 93. 94. Ali-

Aliquid de forma Allegationum Speculat. dict. loc. §. 3. habet. Usus ita
 95. observat in Facto. Actor Libellum seu Articulos repetit, & quomodo
 si Juris, Jure, si Facti Adversarii confessione, Testibus, vel Instrumentis
 96. probatos adducit. Reus contra acceptā Copiā elidit, seu enervat Acto-
 ris intentionem, & deinceps suas Defensionales sive Elisivos Articulos,
 si quos exhibuit, allegatione facta communire solet. Quo facto Actor
 97. ad Replicas, & Reus ad Duplicas porrò progrediuntur usquedum in
 causa concludant, vel Judex Terminum ad concludendum præfigat,
 aut in contumaciam, videns tergiversationes Litigantium, Acta pro
 98. conclusis acceptat. In Juris Allegatione quod factō probato applicare
 debet, non reperitur certa forma præscripta, & liberum ferè est Advo-
 99. catis, dummodo, ut dictum, non nimii sint, & petant juxta illud Jus
 pronunciare quod Legibus & Moribus receptum est, princ. Institut. de
 Officio Judicis.

100. Suboritur hīc quæstio: An Referendarius utraque Acta Ordinis &
 Causæ perlegere, & ad ea in conceptione Sententiæ attendere debeat?
 101. De Actis ad Processum non est dubitatio, cum enim in iis forma ver-
 tatur, ea negligenda non est, & si contra fit, nulla est Sententia, quæ
 vires Judicati assumere nequit, tot. tit. que Sentent. sine Appellation. refind.
 Vantius in tir. de Nullitate ex defectu Processus. 13. per tot. imò si Judex nulli-
 102. ter procedit, injustè agere dicitur, cùm non minus sit peccatum sine
 causa condemnare, vel non servato Juris ordine, Vantius dict. loc. In
 103. Actis seu Allegationibus videtur distinctio facienda. Quod ea attinet
 ubi Judex de Facto informatur, omnino sunt perlegenda, cùm sint Fun-
 104. damentum Rei. Ex Facto enim oritur Jus, & Judices ideo constituti ut
 in Factum inquirant, tot. tit. Cod. de Pedan. Judic. Hinc Parisiensis Curia
 105. ad Advocatos de Jure se invicem fatigantes dicterium: Venite ad Fa-
 ctum, Curia scit Jura. Sequitur ergo necesse non esse ut Allegationes
 106. Juris observet. Jus enim finitum est, vel esse debet, l. 2. ff. de Jur. & Fact.
 ignorante, & Judex illud per se scit; & cognitum est Prudentibus, l. 9. §. 3.
 eod. l. 10. ff. de Bonor. Possess. Turpe etiam est Patricio & Nobili & Causas
 107. oranti, multò magis Judici, Jus Civitatis in quo versatur ignorare, l. 2.
 §. 43. ff. de Orig. Jur. Patet enim Jus, & propositum cuique est, facta vero
 108. sunt recondita, Quintil. lib. 3. Cujac. lib. 5. observat. 39. Ideò etiam si per
 imprudentiam judicat ex quasi maleficio reus fit, l. 6. ff. de Judic. princ. In-
 109. stitut. de obligation. quasi ex delict. l. fin. ff. de extraordinar. cognition. Imò ad Ju-
 dicem spectat de Jure supplere, quæ ab Advocatis omissa fuerunt, l. 1.
 110. & tot. tit. Cod. ut que desunt Advocat. part. Jud. suppleat. Quia vero vafritie
 Advocati Judex circumduci, & in applicatione Juris, dum deliberat,
 alio-

aliorum evitando errores in graviorem incidere potest, liberum est Ju-
 dici quid facere velit. Tutijs autem, ne faciat & commodatam ab
 112. Advocato, vel læsam profiteatur Juris scientiam. Commodum tamen,
 113. cum labore sublevari possit anxius in Jus inquirendi, aliquando videre,
 quæ opinio meliori Jure subnixa sit. Et hoc maximè obtinet in Con-
 114. siliis, vel Informationibus Juris à Facultate petitis, ita tamen, ut libe-
 115. rum sit ipsi spreto Sapientum Consilio, sive Informatione quod æquius
 meliusve est sequi. Non enim amplius necessaria Doctorum authori-
 116. tas, ut non liceat Judici ab ipsorum Responsis recedere ut olim, §. 9. In-
 117. institut. de Jur. Natur. Gent. & Civil. sed probabilis Schneidewin. & Vultej. ad
 dict. §. 9. & notum quām misere sāpē ad unius instantiam talia Responsa
 118. cudantur, emendicentur, & Judici seu Consultori ipsi falsis vel unius
 partis Narratis obrepatur, Ernest. Cothmann. volum. 1. consil. 16. num. 15.
 Joh. Cothmann. in Apologia contra J. Schultzen pag. 115. Imò debet Judex
 si contra Jus in Allegationibus quædam invenerit, ab iis recedere, Spe-
 119. culat. de requisit. allegat. num. 13. etiamsi illi Sapientes Partium consensu
 electi essent, Speculat. dict. loc. Asinius in Prax. Florentin. §. 25. cap. 10.
 membr. 1. num. 1. Nisi Partes in eos compromiserint, quod velint eorum
 Sententiæ stare, argum. l. 26. ff. de re judicat.

120. Debent autem Acta legi à capite usque ad calcem, nullo omisso,
 non retrò incipiendo, vel è medio quædam feligendo. Hoc fine solent
 Acta certis Numeris consignari, in primis cùm transmittuntur, quod vo-
 cant Quotiren. Nam manca & neglecta Acta rejiciuntur, Mynsing.
 centur. 2. observat. 16. & solet illud verum esse, quod mutila Acta postea
 etiam mutila dent Consilia, & Decreta: Ratio est, quod in Processu sint
 certi ordines, qui tanquam in catena annuli cohærent, quorum si unus
 evulsus fuerit, & cætera deficiunt. Hoc fine in Cap. quoniam. II. X. de Pro-
 bation. traditur, quod Tempora accuratè designari debent, id est, requi-
 ritur pro validitate Actorum, quod in singulis inseratur Locus, Dies,
 Mensis, & Annus in quo celebrantur, Marant. dict. loc. num. 51.

121. Quo Tempore legi debeant Acta non determinatum est Legibus.
 Sicut de nocte non possunt scribi, ita vix legi, Marant. dict. loc. num. 30.
 De cætero dici posset, sicut in Feriis Acta scribi non possunt, l. fin. Cod.
 de Feriis. cap. fin. X. de Feriis. nisi casibus exceptis, quos enumerat Marant.
 dict. loc. num. 37. usque ad 49. Ita nec debere ea legi, nisi sub iisdem ex-
 ceptionibus. Illud in Ordinat. Pomeran. pag. 10. §. Was aber sc. dispositum,
 intra quod tempus ad referendum dari, & Relatio absolviri debeat, ut
 publicetur Sententia. Scilicet si Acta sint magna, nec periculum in mo-
 ra est, ut intra Mensem à tempore factæ conclusionis ad legendum &
 122. refe-

- referendum distribuantur, ita ut si ad Interlocutoriam submissum, intra tres Menses à conclusione facta Sententia publicetur; si verò ad Definitivam, intra sex Menses ad summum: Si etiam tam grandia sint Acta, aut causæ arduæ, ut duobus Assessoriis referenda dentur, vel transmigrantur, laborandum ut in quarta Juridica post conclusionem mediante Citatione & Termino ad audiendum Sententia publicetur. In levibus causis & ubi periculum in mora est, discretioni Directoris committitur, sed ut quantum fieri possit, maturet negotium, *dicit. pag. 10.* §. Die Uversaher *xc.* ibi: Und wo Sachen.
- De Loco Lectionis expediret, ut in Jure fieret, sed quia multitudine & causæ gravitas secessum requirit, qui ab assidentibus facile interpellatur, vel cogitationes distrahuntur, sèpè etiam Libri relegendi, qui in loco publico non ad manus sunt, ideo permisum est in *Ordinat. Cum. & Ordinat. Provinc. Pomeran.* Referentibus, ut Acta secum asportent domum, & ibi legant, ita tamen ut in propriis ædibus clam, & secretò teneant, præque Uxoribus & Familia custodita habeant, ne Litigantes vel ipsorum Procuratores resuscitant qui ante publicationem Referentes in causa fuerint, *pag. 17.* §. Demgleichen *xc.*
- Addendum adhuc est, quo Ordine Acta debeant legi. In Camera Imperiali, sicut etiam in plerisque Principum Judiciis, sicut in Pomerania, tres licet reperire Actorum seu Causarum Ordines, quod scilicet aliae sint in Ordine Sententiarum, aliae in Novarum, reliquæ in Präfixarum sive Terminorum. Iste scilicet Ordo Sententiarum dicitur, in quo Procuratores singuli super Sententiis initio Audientiæ publicatis agentes audiuntur, *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 6.* §. Auf gesprochene Urtheil *xc. 1.* Ille scilicet Novarum, in quo causæ novæ & ad easdem pertinentes reproducuntur & tractantur. Hic scilicet Terminorum, in quo causæ aguntur, quibus certus agendi Terminus aut per Judicis Sententiam, aut per Procuratores ipsos constitutus & præfixus est. Cum igitur Ordo Präfixarum tardius, quam Novarum circumagatur, & hic tardius, quam Sententiarum, facilis est dijudicatio exinde etiam Relationis tempora sumenda esse. vid. hac de re eleganter Adrian. Gylmann. in *Syphorem. lib. 1.* Christoph. Schwanmann. in *Process. Cam. lib. 1. cap. 34. 35. 36.* ubi tradunt quæ Causæ in singulis Ordinibus agantur, & quot, scilicet ne lites immortales fiant certi Termini seu Tempora, vel Actus Judiciorum constituti, intra quos Causæ Processus currat & absolvatur. Nempe Termini Primæ Instantiæ, vel Simplicis Querelæ, vigore Ordinationis, sunt septendecim, undecim in Causa principali, tres in Exceptionibus Dilectoriis, & totidem in Peremptoriis, *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 27. & 29.*

Noë

- Noë Meurer. *de Process. part. 7. cap. 31. & seq.* Secundæ Instantiæ tres Termini, de quibus omnibus cum eruditè Gylmann. & Schwanmann. differant, eò cupidos sciendi remitto. Hoc sufficit exinde annotasse, quod qui prior incepit Processus, prius etiam ad Relationem faciendam definat. In nostra Patria *H. G. Ordin.* pag. 11. §. Und solle *xc.* statutum, ut Causæ eo ordine, quo in illis conclusum, per Directorem & Protoneotarium ad referendum exhibeantur. Quo fine etiam Director & Protoneotarius singularem Librum seu Registrum habere debent, in quo designatum in quibus Causis conclusum, & quæ ad referendum datae, ut Princeps possit scire quæ quis secum Acta referenda habeat, quantum temporis illis legendis insumpserit, & porrò jubere possit quid peragere debeant, *Ordinat. Pomeran.* pag. 10. §. Und soll der *xc.* Et vult Princeps, quia in multis Causis longo tempore conclusum, ut vetera cum novis expediantur, pag. 11. §. Dieweil *xc.* Excipiuntur tamen certæ causæ quæ ante reliquas referri debent, pag. 10. ibi: Das dieselben für andern gelesen / referiret. §. Und solle *xc.* ibi: Förderlich gelesen. Tales sunt causæ, (1.) Spoli; *Ordinat. Pomeran.* pag. 11. §. Und solle *xc.* cuius ratio est, quod Possessionis sit summus favor, ex qua nemo, ne quidem à Summo Principe sine plenaria causæ cognitione, etiamsi sit Prædo, vel malæ fidei Possessor, deturbandus est, Philipp. Mathæ. in l. 19. §. 1. ff. de Regul. fur. Cothmann. *Consil. Academ.* 8. num. 1. licet enim nullum Jus ad rem habeat, eo ipso tamen quod possidet melioris conditionis est, quam dejiciens, §. 4. *Institut. de Interdict.* & hac de causa dicuntur Actiones momenti, quia subito, statim, & quantum fieri potest celerrimè res expedienda, Vultej. in *Commentar.* *dicit. tit. de momenr. cauf.* & Spoliatus ante omnia restituendus est, *Can. Redintegrand.* Berlich. part. 1. *Conclus. Pract. 6.* (2.) Excipiuntur Causæ Executionis in Causis Ecclesiistarum, Ptocho-Xenodochiorum & aliarum privilegiatarum & Piarum Causarum. Quod suadet favor Hominum & Locorum, quia ex illis rebus plerumque Ministri Ecclesiæ & Pauperes vitam sustentant, nec possint illis, cum nemo presumatur de vento vivere, l. 2. *Cod. quand. & quib. quarta pars.* & Alimenta favorem habent, diu carere, rectè præ aliis in Relatione & Executione juvantur. (3.) In genere omnes illæ Causæ ubi periculum in mora est, *dicit. §. Und solle xc.* ibi: Da Gefahr auf dem Verzug. & pag. 10. §. Die Uversaher *xc.* ibi: Darin der Verzug gefährlich. veluti ubi nactus est ut Partes ad Arma veniant, vel alias vitetur scandalum, aut casus utilitatem publicam concernat, Gail. *lib. 1. observat. 13. num. 13.* In his enim in quibus est periculum, receditur à Regulis Juris Communis. Hi autem casus cum sint infiniti, permittitur arbitrio Judicis ut qui illi sint dijudicet, vid. Hiltrop. in *Process. Judicior. tit. de Feriu.* Gail. *dicit. loc.* Maranta *dicit. loc.*

CAPUT

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

CAPUT VI.

De Modo & Forma referendi Acta.

S U M M A R I A.

1. Relationis Modus variat. 2.
3. Duplex est, alter communis, alter strictior.
4. Duo in Relatione observanda, Positio Casus, & ad eum Actorum applicatio.
5. Jurisconsulti veteres diligenter ad Casum respexerunt.
6. Jus ex Facto oritur. 7. 8.
9. Species Facti ex Libello cognoscitur.
10. Libelli qualitates qua.
11. Libellus ineptus quis.
12. An valeat, & quando? 13. 14.
15. Libellus ex Conclusione sustinetur. 16. 17.
18. In applicatione Facti quid attendendum.
19. (I.) Actio debet negotio conformi esse.
20. Si causa agendi in Libello omittitur, Acta nulla sunt.
21. Iudex tenetur talem Libellum ex officio rejicere. 22.
23. Nemo sine Actione agere potest. 24.
25. Actor potest plures Actiones cumulare.
26. Genus Actionis investigare non minima pars civili scientia.
27. Id difficillimum & utile. 28.
29. Agit quis vel Actione in Rem, vel Personam.
30. In Actione in Rem causa petendi propinqua dominium, remota iustitia unde oritur. 31. 32.
33. In personali remota contractus, propinqua obligatio.
34. In reali sufficit proximam allegare.
35. Utile tamen etiam remotam.
36. Si nulla causa allegata omne Jus in Judicium deductum censetur. 37.
38. In causa personali sufficit allegare causam remotam. 39.
40. Singula Causa singulas Obligationes sequuntur. 41. 42.
43. Ratio diversitatibus inter Actiones personales & reales.
44. Si nulla causa agendi expressa, Reus absolvendus est.
45. (II.) Preliminaria Judicis observanda. 46. 47.
48. Inde (III.) Litis contestatio.
49. Et (IV.) Probationes.
50. Additur quid in Probationibus, que per Testes, Instrumenta, Evidentiam Rei fiant, attendendum. 51. 52. 53.

§4. Exceptio-

54. Exceptiones aque ut Actiones examinanda, & probari debent. 55.
55. Recensentur (V.) quedam, contra omnis generis Probationes, Exceptiones. 57.
56. Alius brevis referendi Modus. 67.
57. 58. 59. 60. 61.
62. (VI.) Concipitur Sententia.
63. In illa (VII.) habetur ratio Expensarum.
64. Advocatorum stropha, & extra scopum disputata in Relatione negligenda. 65.
65. 66. Alius brevis referendi Modus. 67.
67. 68. Abhuc aliis à Christophoro Schwanmanno prescriptus. 69.
69. 70. Traditur Modus referendi in Secunda Instantia. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77.
77. 78. Alius à Christophoro Schwanmanno monstratus. 79. 80. 81.

QUOD si haec vitio careant, & omnia recta sunt, ad Relationem ipsam venitur. Haec autem variat, aliter enim in Prima Instantia, aliter in Secunda fit Relatio. De utraque dicendum. Duplex mihi modus obvenit, alter qui communiter observatur, alter qui strictior est. Utrumque proponemus: Communis Referendi Modus consistit in duobus, Propositione Casus, seu Specie Facti, ut vulgo dicitur, & Actorum ad illud applicatione. Casum ipsum in primis notum habere Referendarius debet, exemplo JCtorum qui in eo fingendo & ponendo semper fuerunt studiosissimi, l. 14. ff. de reb. credit. l. 122. §. 1. 2. 4. & l. 134. ff. de verbor. significat. l. 15. ff. de stat. homin. l. 46. ad SCtum Trebellian. l. 26. & 32. ff. de usufruct. legat. l. 47. & 48. ff. de action. empti. Jus enim ex Facto oritur, l. 52. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. & ex Causa, dict. l. 52. §. 2. seu Re constituendum est, l. 1. §. 3. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Cothman. volum. 3. confil. 34. num. 2. & volum. 4. confil. 1. num. 5. Facti questio autem est incerta, implicita, l. 52. princ. ff. de Socio. plena Circumstantiarum, & sèpè prudenter fallit, Gothofred. ad l. 16. ff. de stat. homin. Cothmann. volum. 5. confil. 1. num. 428. ideo à Judice diligenter, uti & à Consulente attendenda. Quod nisi fiat, & postea de eo rectè referatur, fieri non potest quin Sententia, & Decisio Juris injusta, & iniqua sequatur. Casus autem seu Species Facti ex Libello Actoris investigari potest: cum enim ille petat, & initium Judicio faciat, in primis ad ejus intentionem respiciendum est. Hic autem Referendarius observet, an Libellus sit simplex vel alternatius, specialis vel generalis, clarus vel obscurus, ut illa in Libello observata accipiat, haec rejiciat. Fit enim Libellus obscurus & ineptus, quando nulla in eo petendi causa est, vel in quo quædam est, sed id quod petitur exinde bonâ consequentiâ deduci nequit, Zanger. tractat. de Exception. part. 2. cap. II. & seqq. In tali defectu autem Iudex nihil certum concludere potest. Quod tamen intelligendum si Reus contra Libel-

Libelli ineptitudinem excipiat, quod si omittat, & ad Actoris intentio-
nem responderit, postea audiri non debet, sed Judex non obstante vi-
tio & incertitudine, si de intentione Actoris ipsi constiterit, juxta Libel-
lum pronunciabit, *Cap. significantibus. 2. X. de Libelli oblatione.* Judex enim
14. non solum quid narretur, sed quid petatur, inspicere debet, Everhard.
confil. 26. num. 4. Lanfranc. in *Pract. Aur. cap. 15. de petition. num. 2.* Olden-
15. dorp. de form. *Libelli in tractat. de Exception.* Libellus enim ex Petitione seu
Conclusione regulatur, adeò ut si ex ea constiterit de intentione Actoris licet inepte petierit Libellus sustinendus sit, Marant. in *Specul. Aur.*
16. *part. 6. de Libelli oblatione. num. 22.* Nam pro validitate Libelli licet verba
impropriare, Jason. in §. 2. *Institut. de Actionibus. num. 169.* cùm sit largi-
simæ interpretationis, Joh. Fichard. *confil. 54. num. 5. & 6.* Excipitur ca-
17. sus quando obscuritatis declaratio fuerit omessa, Foller. ad Marant. *dict.*
num. 22. vel Libellus contraria habeat, contraria enim allegans non au-
ditur, uno tollente alterum, l. 1. *Cod. de Furt. Zaf.* in §. 35. *Institut. de Allo-*
18. *nibus. num. 13.* Vant. *tractat. de Nullitatibus passim.*

Cognita Specie Facti ad Actorum applicationem fit progressus.
Illa rursum duplex est: (1.) Ut Referendarius respiciat an Acta conve-
nient Facto; (2.) Quid Juris sit in isto Facto. Quod primum attinet
19. debet primo attendere, quā Actione Actor egerit, & an illa sit negotio
proposito conformis, l. 4. *Cod. de Formul. & Impetrat. action. sublat.* Nam
20. omessa Actionis causa in Libello redduntur Acta nulla etiam Parte non
21. opponente, Alexand. *volum. 6. confil. 166. num. 5.* & Judex ex officio tene-
22. tur repellere partem ita comparentem, Monald. *confil. 28. num. 7. 8.* adeò
ut si Judex sine Actione Actorem admittat teneatur Parti ad interesse,
Menoch. de *Arbitrar. Judic. Quast. lib. 1. quast. 16.* Cùm enim nemo agere
23. possit sine Actione, l. 6. §. 12. ff. de negot. gest. Glos. in l. 2. *voc. Intent.* ff. de
Exception. Cothmann. *volum. 4. confil. 1. num. 5.* l. 19. & l. 36. ff. si cert. petat.
quae est ratio prosequendi in Judicio quod sibi debetur, Oldendorp. in
tractat. For. investigand. Action. in princ. S. Itaque. Vigel. in *Repertor. Jur. cap. 1.*
24. & secundum naturam Actionis Sententia formari debeat, l. 18. ff. *commun.*
dividund. apprime hic cautus Referendarius esse debet. Potest enim
25. Actor, cùm incertus est qua Actio competat, plures cumulare, l. 1. §. 4.
ff. *quod legator.* sed videndum ut ad convenientem concludat. Est autem
26. hæc non minima pars Scientiae Civilis ab Advocatis sàpè neglecta, vel
27. à Judicibus male observata. Actionis verò investigatio utilis & diffi-
cillima est, utilis tam Parti & Advocatis, quām Judici, Oldendorp. de
investigand. Action. gen. in tractat. de Exception. in princ. & qui hoc negligunt,
28. vim Actionis ignorant. Hinc Camerales summum studium in investi-
gatio-

gatione Actionis ponunt, Ruland. *de Commissar. part. 3. lib. 2. cap. 1. num. 34.*
cæteris exemplo ne id negligant. Petit autem plerumque quis in Civi-
libus aut Actione in Personam, vel in Rem, cæteræ enim Actionum
divisiones sub his contineri possunt.

In harum Actionum variis speciebus causas petendi Referendarius
considerare debet, Ruland. *dict. tractat. de Commissar. part. 3. lib. 2. cap. 8. num. 3.*
Duplex autem illa est: remota & propinquæ. In reali Actione causæ
propinquæ sunt Dominium, ut in Vindicatione, vel quasi Dominium,
ut in Publiciana, vel Jus in re, ut in Confessoria. Remotæ causæ sunt
Contractus vel Tituli, ex quibus Actor Dominium, vel Jus sibi acqui-
sivisse dicitur, ex. gr. si dicat sibi equum legatum esse. In Personalibus
causa remota est Contractus, vel Delictum, aut quasi; propinquæ est
obligatio, unde est orta, l. 42. §. 2. ff. *de Procurator.* Schneidewin. *ad S. 1.*
Institut. de Action. num. 110. Si quis reali egerit, sufficit proximam causam;
Dominium scilicet, allegare ex. gr. peto hanc rem quia mea est, nec
opus est addere, unde acquisiverit, quia hoc deinde ex Probationibus
patebit. Utilius tamen est, si etiam proximam causam addiderit, tunc
enim si in una succubuerit, potest rem denuò ex alia causa petere, l. 11.
§. 1. 2. 3. 4. ff. *de exception. rei judicat.* alia enim res peti videtur, l. 7. §. 4.
& l. 27. *dict. tit.* Contra si nullam causam expressit omne Jus suum in Ju-
dicum deduxisse videtur, l. 11. §. 4. *dict. tit.* omnes enim causæ una peti-
tione comprehenduntur, & amplius quām semel res mea esse non po-
test, l. 14. §. 2. *eod.* Scotan. in *Exam. Jurid. tit. de Concurrent. Action. pag. 124.*
Oldendorp. in *tractat. de Action. tert. divis. num. 5.* Donell. *lib. 21. Commentar.*
cap. 3. lit. d. ibique Oswald. Hilliger. Si verò quis Personalis Actione ege-
rit, non opus est causam proximam allegare, sed sufficit, & necesse est
ut remota adducatur, alias Libellus obscuritatis vitium incurrit: ex. gr.
Si dico me tibi vendidisse Librum, Jus præsumit te fuisse obligatum,
Schneidewin. *dict. loc. num. 114.* Inde etiam contingit, ut causa adjecta
non noceat si postea alia causa adjiciatur, *dict. l. 11. §. 2. 3. 4. ff. de excep-*
tion. rei judicat. Singulæ enim causæ singulas obligationes sequuntur,
nec ulla earum alterius petitione vitiatur, *dict. l. 14. §. 2. eod.* adeò ut non
tantum post unius rejectionem altera uti liceat, l. 28. §. fin. ff. *de liberat. le-*
git. verum etiam post condemnationem ex alterutra sive ejusdem ge-
neris sint, l. 10. ff. *de Action. empti.* sive diversi, l. 18. ff. *de Obligation. & Action.*
Ratio autem diversitatis est, quod Actio realis ex quacunque causa
contingit, uniformis est & sibi similis, Actio verò Personalis est diversæ
naturæ & qualitatis, alia enim est bonæ fidei, alia stricti Juris, Schnei-
dewin. *dict. loc. num. 116.* Necesse autem est hæc Referendarium scire, ut
quod

- quod in hac re sequatur sciatis: nam si causa agendi non appareat, Reum absolvendum esse statuit, Meichsner. *Vot. Cam. 3. part. 2.*
- Quod si de Actione constet, Referendarii (II.) Officium, ut probè ea examinet, quæ ad differendum Judicium & evitandam Litis contestationem à Reis objici solent. Inter hæc principalis disputatio esse solet de Constitutione Procuratoris, Incompetentia Fori, & Cautionibus: ubi ne aliquid negligatur attendendum est. Quæ autem illa sunt fuse explicat Zanger. *in tractat. de Exception. part. 2.* Porrò (III.) ad Litis contestationem, quæ basis & fundamentum Judicii est, pervenitur. Inde (IV.) ad Probationes, sicut enim nudis Narratis non creditur, & aliquid actum vel factum esse non præsumitur, ideo affirmanti incumbit probatio, *l. 21. ff. de probation.* Neque refert quis ille sit. Nam si Nobilis, & aperte fidei homo aliquid dicat, & contrà fidei hominis & mendax negat, nihilominus dicenti quod dixit probandum est, *l. 9. Cod. de Testibus.*
- Probatio autem cum per Testes, Instrumenta, vel Evidentiam Rei absolvatur, accuratè quid ipsis tribuendum sit examinabit. In Testibus annotabit an sint habiles, an in causa lucrum habeant, an justo tempore examinati, alia. In Instrumento attendet similiter an publicum, privatum sit & quale. Evidentia rei ex oculari Inspectione, vel relatione Peritorum illius negotii, de quo agitur, conjicitur, Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 3. per tor.*
- Sicut autem Defensio nemini est deneganda & favorabiliores sunt Rei quam Actores, *l. 125. ff. de Regul. Jur.* Juraque priora ad absolvendum, quam condemnandum, *l. 47. ff. de oblation. & action.* viis Actorum Juribus ad Rei Producta respicere debet. Eodem enim modo sicut Actor Actionem, Reus suam Exceptionem & Defensionem probare tenetur, *l. 1. ff. de Exception.* *l. 19. ff. de Probation.* quod fit iisdem mediis, quibus Actor suam intentionem probat. Inquirere ergo (V.) diligenter debet, an intentio Actoris per Defensionales, vel Probationes Rei elisa fuerit. Solet autem Reus plerumque contra Probationes Actoris excipere: Veluti (1.) contra Testes quod non jurati, singulares, ante item contestatam, non præsente alterâ parte examinati, contrarii, cognati & quæ alia apud Farinac. Ruland. Wendel. Reuber. *tractat. de Testibus extant.* Contra Instrumenta (2.) quod sit extinctum, simulatum, ab inhabili Persona conscriptum, per sub- & obreptionem compositum, falsum, erroneum, contraria continens, præpostorum, ambiguum, ramum, Notis scriptum, vel quod sit privata Scriptura Sigillo vel Subscriptione carens & quæ sunt id generis alia. Contra Evidentiam quod facta sit utraque parte non præfente, non justo tempore, Ruland. *diff. loc. Sic*

Sic etiam Articuli propositi quod non sint concludentes, negativi, contrarii &c. vel Interrogatoria omessa, vel si sunt, non apta. Hic autem requiritur Judicium omnis corruptelæ & sordium expers, nec minus ingeniosum, ut videre possit, in quam partem meliores Rationes inclinent, ut pro ea Sententiam ferat.

Super his si benè & satis deliberavit (VI.) Sententiam concipit, de qua mox dicemus.

Ubi (VII.) etiam Expensarum rationem habet, in easque victimum condemnat, vel si ab utroque justa litigandi causa apparuerit, quod Judicis arbitrio committitur, compensat.

Hæc plerumque in referendo attendenda, cætera quæ Advocati ad fallendum Judicem & deducendum à scopo solent callide immiscere, sequestranda, & quasi non dicta essent habenda sunt. Si quæ etiam reperiuntur alia ad causam non facientia omittenda sunt, ne utile per inutile vitietur, & longis Scriptis causa involvatur, & dubia redatur.

Hic referendi Modus breviter his includi potest, ut primùm Referendarius investigato genere Actionis advertat ad Præliminaria Judicii, an scilicet Personæ litigantes Personam standi in Judicio habeant, & Procurator sufficienti mandato instructus sit. Postmodò casum ponat, cum Litis super eo contestatione, & aliis circumstantiis: ejus attendat à parte Actoris Probationem, à parte Rei Defensionem. Ponderet actitata, & deinde concipiat Sententiam.

Refert Christoph. Schwanmann. *Process. Cam. lib. 1. cap. 6. num. 2.* alium modum, scilicet, ut posito Facto necessaria, veluti Articulos, Exceptiones, Responsiones, Probationes, Termini Substantiales, recitentur, decisæ verò antea per Interlocuta omittantur. Deinde ut Documenta non tota vel integræ Disputationes annotentur, sed quæ necessaria.

Quod si lis ad Secundam Instantiam mediante Appellatione aut alio Juris remedio veniat, sequens plerumque modus & forma observari solet.

Principio eodem modo sicut in Prima Instantia, videndum est, ut Procuratores habeant sufficientia Mandata, quod si certum, secundò videndum, an Jurisdictio ejus ad quem appellatum est fundata, quod cognoscendum vel (1.) ex Causa, vel Summa an appellabilis, (2.) an Formalia Appellationis observata, utrum legitimè appellatum intra Decidium à die Sententiae, vel Notitiae, utrum justo tempore prosecuta, quæ partim ex Instrumento Appellationis, partim ex Protocollis videri possunt.

74. Relatis Formalibus & Jurisdictione fundatā Status Causæ ex Aduis Primæ Instantiæ referendus est.
75. Quartò observandum an juxta naturam beneficii Appellationis Appellans plus deduxerit, & nova allegarit: & an illæ novæ causæ sint relevantes, ut ex iis prima Sententia reformari possit & debeat, quod ex Gravaminibus eorumque Deductionibus judicandum est.
76. Demum post collationem Gravaminum, & Jurium Partium, Referens suam Sententiam quid pronunciandum sit afferit, Puncta incidentia & semel decisa planè omittens.
77. Est & alius modus, cujus Christoph. Schwanmann. *Process. Cam. lib. 2. cap. 25.* meminit. Scilicet, Libellus Actoris in Prima Instantiæ proferatur, deinde Exceptiones, Replicae & Interlocutum si quod datum ad item contestandam. Posthac Probationes, & Sententia priorum Judicium. Hinc Gravamina Appellationis cum priori Sententia propnuntur, mox Exceptiones, Replicae, Duplicæ, Conclusiones cum Allegationibus. Et quia plerumque Libelli Appellationis nullitatem & iniquitatem continent, utrumque sub sequentibus Quæstionibus solet ponderari: (1.) Quæ sit Actio instituta? (2.) An Intentio probata? (3.) Num elisa? (4.) Replicae Exceptiones elicerint? Quæ (5.) Sententia & quid super Expensis statuendum?

CAPUT VII.

De Conceptione Sententiæ: & incidenter de Rotulatione & Transmissione Actorum.

S U M M A R I A.

1. *Jus debet Facto applicari.* 2.
 3. *In eo summa Juris consulti Prudentia versatur.*
 4. *Conceptio Sententia continet applicationem Juris ad Factum.*
 5. *Casus propositus cum circumstantiis à Referendario deberet Assessoribus Judicij offerri.*
 6. *Affertur modus quomodo in Pomerania Vota colligantur.* 7. 8. 9. 10. 11. 12.
 13. *In Votis vel est dissensus, vel consensus.*
 14. *Judices sunt vel presentes, vel absentes.*
 15. *Si presentes omnes judicare debent.*
 16. *Vota vel sunt paria, vel imparia.*
 17. *In imparitate Votorum numerus, seu plura, vel majora Vota vincunt.*
18. *Natura-*

18. *Naturalis hominum ad dissentendum facilitas.* 19.
 20. *In Collegiis pravalet pluralitas Votorum.* 21.
 22. *Idem obtinet si quis judicare nolit jurans sibi non liquere.*
 23. *In Paritate Votorum tres casus distinguedi.*
 24. *In priori valet Sententia qua humanior.*
 25. *Humanior Sententia quot modis dicitur.* 26. 27. 28. 29.
 30. *In altero casu dantis consideranda authoritas.*
 31. *In ultimo neutra Sententia valet.* 32.
 33. *Si quidam absentes reliqui non possunt judicare.* 34. 35.
 36. *Traditur quid in Pomerania observetur si Vota dispartia.* 37. 38. 39. 40.
 41. *Tali casu solent Acta ad Collegium Facultatis Juridica transmitti.* 42. 43.
 44. *Collegia Juridica sunt in magna autoritate.*
 45. *Differuntur ite eorum origine.*
 46. *Leges breves sunt, & interpretationem desiderant.* 47.
 47. *Potestas interpretandi olim apud Collegium Pontificum.*
 48. *Potestas ad singulos initio ex confessione Imperatorum, deinde ex fiducia ingenii per-*
 49. *Potestas ad singulos initio ex confessione Imperatorum, deinde ex fiducia ingenii per-*
 50. *venit.* 51. 52.
 53. *Olim non licet Judicii à Responsis recedere.*
 54. *Jurisconsulti Juris Authores dicuntur.*
 55. *Fustinianus concessit Ordini ut darent dignis potestatem respondendi.* 56. 57. 58. 60.
 59. *Collegia Juridica cur Facultates appellantur.*
 61. *Variat numerus Personarum in Collegiis.*
 62. *Tres ad minimum constituant, unus conservare potest.*
 63. *Valeat ita Sententia unius, tanquam Collegii nomine prolata.* 64.
 65. *Utilius tamen hoc casu aliud adscribere.* 66.
 67. *Propter autoritatem horum Collegiorum utile est, ut in singulis Provinciis unum sit.* 68. 69. 70. 71. 72.
 73. *In Patria Academia est Facultas Juridica.*
 74. *Ea sapè à Summis Principibus & magni Nominis Viris rogata.* 75.
 75. *Nuper etiam super Negotio Tuteleari inter Duces Megapolitanos controversa.*
 77. *Scalinarus etiam Responsa dant.*
 78. *Alicubi etiam privati.*
 79. *Consilia Sapientum aut à Litigantibus, aut à Judice rogantur.*
 80. *Judex duplice casu, vel cum ipsi res implicita videtur, vel cum suspectus arguitur.* 81. 82. 83.
 84. *Transmissionem praeedit Rotulatio.* 85.
 85. *Rotulus vox barbara quid significet.*
 87. *Ad Rotulationem Partes citari debent.*
 88. *Hujus Rationes.* 89.
90. *Parte-*

90. Partibus praesentibus fit ab ipsis Rotulatio, & postea colligantur Acta.
 91. Litigantes non debent nimii in eximendis Facultatibus esse.
 92. Post Rotulationem nihil admittitur ad Actu. 93.
 94. Vel si sit, cum Clausula, quantum de Jure.
 95. Scribitur Epistola ad Facultatem.
 96. Ejus Tenor.
 97. Aliquando solent Literæ Commendatitio Neben-Briefe adjici.
 98. De his quid sentiendum additur. 99. 100.
 101. Acta postea traduntur Tabellario, & quidem aliquando jurato. 102.
 103. Discutitur illa questio: An si sint diversa Judicia in una Urbe, & ab uno mittantur Acta ad aliud, possit haberi pro Transmissione ad extraneum Judicium.
 104. 105. 106. 107. 108. 109.
 105. Presens in Jure quis.
 110. Verba secundum subjectum materiam intelligenda.
 111. Absens quot modis quis in Jure dicitur. 112. 113. 114.
 115. Domum Praepositi in Urbe Gryphivvaldensi post factam Academie Cœnobii Hbdensis donationem Illusterrimus Princeps sibi reservavit. 116.
 117. Hac Domus exempta à Jurisdictione Civica. 121.
 118. Locus exempli habetur pro extraneo.
 119. Paria sunt esse extra Territorium, vel esse in eo sed exemptum. 120.
 122. Alia Loca qua in Urbe Gryphivvaldensi pro extraneis habentur. 123. 124.
 125. Quinque Fora sunt in Urbe Gryphivvaldensi. 126.
 127. Similiter Lipsie multa.
 128. Acta à Nuncio Facultatis Decano qui concipit Sententiam, offeruntur.
 129. Illis perfectis & concepta approbataque à Collegi Sententia cum Epistola remittuntur.
 130. Additur Designatio Sportularum, & temporis, quo usque Tabellarium expectavit.
 131. An licitum Iuris pro Conceptione Sententia Pecuniam accipere ventilarur. 132.
 133. Jurisprudentia non est Pretio Numinario de honestanda. 134. 135.
 136. Multa honestè accipiuntur, qua non honestè petuntur. 137. 138.
 139. Tabellario redeunte fit Ciatio ad Publicationem Sententia. 140.
 141. Postea à Litigantibus Sportularum residuum exsolvitur.
 142. Deciditur questio: An Transmissione debet fieri Sumpibus utrinque Partis, an vero potestis eam, cum limitatione. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149.
 150. Examinatur elegans illa questio cum Rationibus Dubitandi & Decidendi, an Sententia ad Consilium Sapientum promulgata transeat in rem judicatam. 151.
 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160.
 161. Distinctio Doctorum communis, & Authoris subjicitur. 162. 163. 164. 165.
 166.

167. Ejus

167. Ejus Rationes, & Responsiones ad obstantia. 168. 169. 170. 171. 172. 173.
 174. 175. 176. 177. 179. 180. 181. 186. 187. 188.
 178. Sensus. l. 17. ff. de Jure Patronatus.
 182. Mynsingerus & Maranta explicantur. 183. 184. 185.
 189. Quaritur de efficacia Sententia ad unius Doctoris Responsum publicata. 190.
 191. 192. 193. 194.
 195. Dictarium Caffarelli, Rota sèpè rotat.
 196. Alicubi unus Doctor consulitur. 197. 198.
 199. Tuitius est Collegii Sententiam exposcere. 200. 201. 205. 206.
 202. Causa Erroris in Facultatibus unde oriatur. 203. 204.
 207. Advocati Consilia Sapientum magni faciunt. 208. 209.
 210. Pauperum est Doctorum per Regulas generales incedere.
 211. Mos Pomerania & Saxonia assertur. 212.
 213. Integra Acta debent ad Consilium Sapientum mitti. 214. 215. 216. 217.
 218. Responsum ad unius petitum imperratum Jus non facit.
 219. Explicantur aliquot Regula Juri, quo usque licet Judicii à Responsis Prudentium discedere. 220. 221. 222. 223. 224. 225.
 226. Judex nequit impedire quominus Acta transmittantur. 227. 228. 229. 230.
 231. 232. 233. 234. 240. 241. 243.
 235. In quibusdam Loci Statutus caverter, ut Acta transmittantur. 236.
 237. Presertim Criminalia. 238. 239.
 242. Non debet unus Iuris libenter super causa Vitam concernente respondere.
 244. Satis suspectus est quem Lex ipsa suspectam facit.
 245. Si cum Referendario Assessores consentiunt, ipse concipit Sententiam.
 246. In ejus Conceptione Substantialia, & Accidentalia observanda.
 247. Substantialia vel in Forma vel Materia consistunt.
 248. In Formalibus requiritur (I.) Nomen Judicis. 249. 250.
 251. Perinde est sive plurali, sive singulari numero proferatur. 252. 253.
 254. (II.) Nomina Litigantium Sententia inseri debent. 255.
 256. (III.) Causa unde petitur. 257. 258. 259.
 260. (IV.) Summa Processus Capita. 261. 262. 263. 264.
 265. (V.) Debet Sententia Scripto comprehendendi. 266.
 267. Excipiuntur quidem casus. 268.
 269. In Materialibus requiritur (I.) ut Sententia fit Juri conformis. 270.
 271. Sensus horum verborum: daß die Urthel den Rechten gemäß sey.
 272. Jura applicare Fastis difficile. 273. 274.
 275. Si genus Actionis latet ad proximum deveniendum. 276. 277.
 278. Ciceronis hac de re effatum. 279. 280.
 281. Alius intellectus verborum: daß die Urthel den Rechten gemäß sey.

G

282. Judex

282. *Judex secundum Iuris, non secundum suum Cerebrum judicare debet.*
 283. *Cur diversinodè alicubi pronuncierur. 284.*
 285. *In Causis Spiritualibus fertur Sententia juxta Ius Divinum.*
 286. *Vel Conciliorum Decreta.*
 287. *Vel Ordinationes Ecclesiasticas.*
 288. *In multis locis juxta Ius Canonicum. 289.*
 290. *Declaratur quoisque hoc concedatur. 291.*
 292. *Pars Instructionis Confessorialis in Pomerania quoad hoc Caput attingitur. 293.*
 294. *Si Causa publica juxta Constitutiones Regnum & Provinciarum ferenda Sententia. 295. 296.*
 297. *In privatis Causis Provincia Statuta & Leges Locales attendenda. 298. 299. 300.*
 301. *In Pomerania statutum ne lites super Dote & Illatis ad exteriores Iustos mittantur.*
 302. *Hujus ratio. 303. 304.*
 305. *Quæstio Feudalis ex Iure Feudali Speciali, vel Generali decidenda. 306.*
 307. *Si Speciales Leges non sunt ad Ius Commune venit.*
 308. *Illud egregiè conscriptum. 309.*
 310. *Expenditum quoisque illa Doctorum opinio vera, in Causis Civilibus Ius Civile, in Spiritualibus Ius Canonicum, in mixtis utrumque sequendum esse. 311. 312.*
 313. 314. 315. 316.
 317. *Pest Ius Commune Prejudicia attendenda. 318. 320. 321.*
 319. *Cur sic dicta.*
 322. *Compilatores horum.*
 323. *Si non sunt Prejudicia communes Opiniones sequenda.*
 324. *Quid in illis observandum.*
 325. *In Iure gratificationi locus est.*
 326. *Videndum ne casus pro amico fiant casus pro diabolo. 327.*
 328. *Quod si non adest communis Opinio unius Excellentis Doctoris authoritas sequenda. 329.*
 330. *Sed cum mica salis, ne affectus inniscantur. 331.*
 332. *Decisio Questionis an Judex teneatur Rationes Decidendi Sententia inferere. 333.*
 334. 335. 336. 337. 341. 342. 343.
 338. *Iusti Veteres non fecerunt. 339. 340.*
 344. *Nec id in Pomerania in usu. 345.*
 346. *Idem de Collegiis Iustorum dicendum. 347. 348. 349.*
 350. *Si privatim quis Iustos consulit, Rationes ei denegari non debent. 351.*
 352. *Mos in Pomerania ut Rationes Sententia in Scriptis Relationi subjungantur, & singulare Libro inscribantur. 353. 354.*
 355. (2.) *Sententia debet esse clara.*
 356. *Recensentur Iudicia in quibus incertum peri potest. 357. 358. 359.*

360. Inter-

360. *Interesse an à Parte vel Judice taxari debeat. 361.*
 362. *Ratio cur Sententia esse debet certa. 363.*
 364. *Aliquando Sententia potest incerta esse. 365. 366.*
 367. *Non definit inde Sententia conformis Libello esse. 368. 369.*
 370. *Sententia multis modis certa dicitur. 371. 372. 373.*
 374. *An valeat Sententia, solve quod debes. 375. 376. 377.*
 378. (3.) *Sententia debet absolvatoria, vel condemnatoria esse. 379.*
 380. *Non opus est ut Judex verbis condemno, vel absolvo, ut in. 381. 382.*
 383. *Recensentur Formulae qua non valent. 384. 385.*
 386. *Inter eas si Judex dicat, sibi non liquere.*
 387. *Judex etiam super accessoriis debet Sententiam ferre. 388.*
 389. *Traditur quomodo super Fructibus. 390. 391. 392.*
 393. *An sufficiat generatio? 394.*
 395. *Quonodo super Usuris.*
 396. *Super Impensis in Rem. 397.*
 398. *Super Impensis in Litem.*
 399. *Ha duplex necessaria & delicata.*
 400. *Qua uriusque generis. 401. 402.*
 403. *An Judex non petit ad adjudicare debeat? 404. 405. 406.*
 407. *Accidentia Relationis sunt ut (1.) in certo Libro consignetur. 408.*
 409. (2.) *Ut Lingua vernacula fiat.*
 410. *Olim Romani voluerunt Sententias in Lingua Latina proferri.*

Cognito quod Acta Facto, vel Casu proposito convenient, vel observato in quibus discrepent, superest ut Jus ei applicetur, hoc est, videndum quale Factum sit iustum, an injustum, & quid Lex, quæ est Regula justi, & injusti, & norma omnium quæ in Civitate geruntur, i. e. & 2. ff. de Legibus. de eo statuat. Est hoc summè necessarium, & principalis pars Civilis Scientiæ, quam Jurisconsultus habet, in eo consistit, Rutger. Ruland. de Commissar. part. 3. lib. 2. cap. 2. num. 4. Consistit autem hæc applicatio in Conceptione Sententiae sive Interlocutoriæ, sive Definitivæ.

Antequam autem Sententia formetur Casus propositus cum omnibus suis Circumstantiis, Rationibus Dubitandi, & Decidendi, Assessoribus & Collegiis Judicij à Referendario solet offerri, ut ipsorum Vota audiat, & communis consensu concludatur quid in casu proposito statuendum sit. De forma colligendi Vota & ibi Assessorum Officio, ordinat. Pomeran. ita disponit pag. 4. §. Und dimit se. quod (1.) Vota ordine, diligenter, sine longis Ambagibus, in utilibus Disputationibus, vel non

G 2

necessa-

necessariis Allegationibus, & Repetitionibus quibus Causæ protelantur, & aliorum Relationes impediuntur, fieri debeant. (2.) Ut justo tempore hoc peragatur, nec tempus in Consessu inutiliter transigatur. (3.) Ut Assessores Judicij se invicem audiant, nemo alteri obloquatur, vel vocem præcipiat, & ne tempore præsentis Relationis surgant, cirent, vel de aliis negotiis agant. (4.) Tempore Conceptionis Definitivæ vel Interlocutoriæ non alias Supplicationes, vel res legant, sed hoc faciant suo tempore & ordine. (5.) In Votis breves sint, & si contingat, ut altera vel tertia Votorum rogatio necessaria, non longè antea dicta repeatant, sed brevitatib[us] studeant, Ordinat. Pomeran. pag. 5. §. Würde sich auch ic. ibi: Undern Umlfrag ferneren Umlfragens nöthig.

His observatis & casu benè juxta omnes Circumstantias ponderato Assessores vel dissentient à Referendario, vel ejus opinioni suffragantur. Si dissentient, tunc Judices vel omnes præsentes sunt, vel absentes. Si præsentes, quod est, cùm omnes adsumt, l. 37. ff. de re judicat. tunc Jure Civili statutum, ut ab omnibus causa cognoscatur, l. 29. eod. Hoc casu Sententia vel sunt numero impares, vel pares. Priori casu prævallet ea quæ numero vincit, licet unus Collega altero dignitate superior sit, l. 36. ff. de re judicat. Zaf. in dict. l. 36. Cùm enim naturalis sit hominem in dissentiendo facilitas, l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr. receperunt. & si unusquisque suum ingenium vel contradictionem, quæ facit Vota imparia, l. 39. §. 1. ff. de re judicat. sequi deberet, res non inveniret exitum, ideo in omnibus Collegiis obtinet, ut majora obtineant, l. 21. ff. ad Municipal. tot. tit. X. de his quæ sunt à majori parte Capituli. & perinde est, an unus altero superior, cùm in Jure ferendi suffragii eandem habeant authoritatem, Duaren. in dict. l. 36. Et hoc etiam obtinet si judicare planè nolit jurando sibi non liquere, dict. l. 36. ff. de re judicat. Posteriori casu communiter Doctores, Zaf. in l. 38. ff. de re judicat. Umm. in Process. Jur. disputat. 19. thes. 12. num. 54. Bachov. in Treutler. volum. 2. disputat. 23. thes. 2. lit. c. subdistinguunt, inter Judices ordinarios, datos, & arbitros. Primo casu si omnes ordinarii sint, etiamsi paria sint Vota, nihilominus valet Sententia, ea quæ est humanior, l. 38. ff. de re judicat. Humanior autem Sententia dicitur (1.) ratione Rei, qui favorabilis, l. 125. ff. de Regul. Jur. etiam in publicis Judiciis, dict. l. 38. §. 1. (2.) Ratione Summae, quæ minimam continet, dict. §. 1. (3.) Ratione Causæ, qualis est Libertas, dict. l. 38. & l. 122. ff. de Regul. Jur. §. fin. Institut. de Donation. Aliamenta, l. 8. ff. de Transaction. Testamentum, Dos, argum. l. 5. ff. quemadmodum Testament. aperiant. l. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. (4.) Ob Personas si illæ miserabiles, quales sunt Viduae, Pupillus, Ecclesia, Pia Loca &c. s[ecundum] mor-

morbo laborantes, & quas describit, l. 1. Cod. si Imperator inter miser. person. Umm. dict. loc. Zaf. in dict. l. 38. num. 2. Quæ tamen obtinent nisi Sententia quæ pro favore stat, sit manifestè iniqua, l. 9. & 11. ff. de inoffic. Testament. Secundo casu, si Judices dati seu delegati discordent, Sententia in suspenso est, l. 28. ff. de re judicat. Sunt enim isti vice dantis, ideo eorum Sententiae dispare merito ab ipso dante autoritatem capiunt, Jason. in dict. l. 28. num. 3. Tertio casu, si pares numero arbitri sunt, neutra Sententia habet vigorem, l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr. receperunt. cuius hæc est ratio, quod privata conventione constituti, non sit superior, qui sua authoritate alterutram Sententiam confirmare potest, Bachov. dict. loc. consultum ergò est, ut tres assumantur, dict. l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr. receperunt.

Si absentes sunt quidam, vel tantum unus, cæteri non possunt judicare, l. 39. ff. de re judicat. quippe omnes judicare jussi sunt, dict. l. 39. Zaf. dict. loc. & ampliat hoc Jason. dict. loc. ut idem obtineat etiamsi contumaciter tempore ferenda Sententia adesse nolit, licet toto tempore cognitionis interfuerit. Quod olim habebat rationem, cum Judices dabantur à Prætore certo numero & formulâ, ut adeò ultra Acta non valerent.

In nostra Patria hæc paulò aliter observantur. Statutum enim in Ordinat. Pomeran. pag. 5. ibi: Gerichts-Berwandten zeitlich und auf gewisse Stunde ic. quod omnes Assessores & Referendarii tempore consueto in loco Judicij præsentes esse debeant, & ita unusquisque sua privata agere, ne publico Officio noceant. Si etiam contingat, ut à Principe ad tempus quis excusatetur, nihilominus Acta in Judicium cum Relatione mittere beat. Ubi si contingat ut dispare sint Sententiae, majora Vota obtineant, nisi illi qui minora Vota habent, graves, in Jure fundatas & prægnantes causas protulerint, pag. 5. §. Da auch ic. ibi: Die weniger ic. vel etiam Causa per se ardua, & Casus in Jure dubius, tunc enim debet Correlatio fieri, aut quod alterum remedium est Transmissio Actorum, pag. 16. §. Wer die Sachen ic. De hac ita præcipitur, quod Princeps Acta cum Rationibus utriusque Partis ad duo non suspecta Universitatum Collegia Juridica transmittere velit, & si utrumque Collegium JCTorum uni parti suffragatur, ejus opinionem sequi, & secundum eam Sententiam concipere & publicare. Quod si autem Collegia inter se dissentiant, vel planè diversam ab Assessoribus amplectantur opinionem, tunc maturo Consilio de re acturum & conclusurum se promittit, pag. 5. §. Da auch ic. ibi: An zwey unverdächtige Universitäten.

44. Tantæ igitur cùm sint apud nostrates, & alibi JCTorum Collegia
 seu Facultates Juridicæ Dignationis non inconveniens est hoc loco de
 45. iis, & eorum Membris quædam differere & quomodo de Jure respon-
 deant, & Sententias concipient exponere. Statim ut Leges XII. Tabu-
 46. larum latæ parum fuit eas in Urbe esse, nisi Jurisperitus eas interpretan-
 do in melius auxisset, l. 2. §. 13. ff. de Orig. Jur. Fecit hoc Legum brevitas
 47. & quod omnia Legum Regulis non poterant comprehendendi, l. 39. ff. de
Legibus. ob dissentendi facilitatem, l. 17. ff. de recept. qui arbit. repererunt.
 48. Primo autem interpretandi Jura potestas fuit apud Pontificum Colle-
 49. gium, l. 2. §. 6. ff. de Orig. Jur. Deinde devenit ad eos, qui fiduciam suo-
 rum Studiorum habentes Consulentibus respondebant, qui tamen non
 50. signata dabant Responsa, sed plerumque Judicibus ipsis scribebant, aut
 testabantur, qui illos consulebant, l. 2. §. 47. ff. de Orig. Jur. Primus Div.
 51. Augustus, ut major Juris authoritas esset, constituit, ut ex sua authori-
 52. tate hoc quasi beneficium impetrarent, quod & Tiberius obseruavit
 Sabino potestatem faciens, & Hadrianus cùm præstari deberi illi qui
 53. fiduciam ingenii haberet, dixit, dict. §. 47. Et horum Prudentum Re-
 sponsa tantam habuerunt Authoritatem, ut Judici de Responsis eorum
 recedere non licet, §. 9. Institut. de Jur. Natural. Gent. & Civil. l. 1. §. 6.
 54. Cod. de vet. Jur. emul. & inde JCTi Juris Authores, l. 17. ff. de Jur. Patronat.
 l. 2. §. 13. ff. de Orig. Jur. Condidores dicuntur, l. 2. Cod. de commun. serv. ma-
 55. numiss. Hoc duravit usque ad tempora Justiniani, qui, cùm Imperio
 ubique præsens esse non posset, ne quis ambitione aulicâ quid acquire-
 56. ret, ordini concessit, ut Examen subirent, & demum probati, faculta-
 tem respondendi de Jure acciperent, l. 2. l. 7. & l. 10. Cod. de Professoribus.
 57. indigni rejicerentur, l. 8. Cod. eod. l. 6. §. 6. ff. de excusation. Tutor. Ne igitur
 58. hinc inde multi obrepererint, tandem solennis Doctorum Creatio coepit
 circa Annum Christi 1135. tempore Imperatoris Lotharii, ut non es-
 59. sent tales, nisi à sui similibus tentati. Inde pedetentim Collegia Juri-
 dica & Facultates cooperunt, ita dictæ quod plures autoritate publica
 se confociarent, & facultatem de Jure respondendi haberent, Finckel-
 60. thaus in Orat. de Colleg. Jurid. Cùm igitur publicâ autoritate Doctores
 creentur, & hoc sit de Majoribus Regalibus, non possumus aliter de
 61. ipsis Collegiis dicere, vid. Bebold. tractat. de Juribus Major. cap. 1. num. 3.
 Sixtin. de Regat. lib. 1. cap. 2. num. 27. Quot Personæ in Collegio esse de-
 62. beant, non est certum, Lipsiae undecim sunt, Rostochii sex, apud nos
 aliquando tres, ali quando quatuor: hoc indubium ad minimum tres
 63. ad talis Collegii Societatem instituendam requiri, l. 85. ff. de verbis. signi-
 ficat. quanquam si casus contingat ut tale Collegium ad unum deveniat,
 possit

possit ab eo conservari, ita ut Sententia ab illo tanquam Collegio lata
 in rem judicatam transeat, ut in terminis decidit, Berlich. part. 1. Conclus. 64.
 Pract. 42. num. 10. Bullæ. Discurs. Academ. 9. oper. subciv. thes. 18. Carpzov. part.
 1. Jurisprud. Forens. constitut. 26. definit. 3. num. 3. per l. 7. §. fin. ff. quod cujusque Uni-
 verstitatis nomine &c. Utilius tamen est & tutius eveniente tali casu, quod 65.
 etiam Statuto Facultatis nostræ Juridicæ cap. 1. artic. 5. cayetur, ut alium 66.
 sibi residuus adsciscat, cum quo super casu obveniente, ne postea retrò^{67.}
 unius hominis Responsa ebuccinentur, communicet.
 Cùm igitur tantam autoritatem hæc Collegia habeant, & verè 67.
 de illis dici possit, quod Cicero de Orator. de domo JCTi esse Civitatis 68.
 Oraculum, & Imperator Fridericus Authent. Habita. Cod. ne fil. pro Patr.
 quod ipsorum Prudentiâ illuminetur Orbis, sèpè etiam à dissitis Regio- 69.
 nibus, Imperatoribus, Regibus & Principibus eorum Confilia expertan-
 tur, utile est unum in singulis Provinciis ad minimum esse, tum propter 70.
 Litigantes qui perceptâ Sapientum de re controversa opinione, ante-
 quam se sumptibus fatigent, possint verecundam cogitationem sumere
 execrandi lites; l. 4. §. 1. ff. de alienat. judic. mutand. caus. fact. tum propter 71.
 sumptus, quibus parcí potest, si in Patria sit Consilium, & non opus 72.
 sit foras adsciscere, tum propter causarum conditiones, quæ sèpè pere-
 grinis sunt ignotæ, & ideo à Patriæ JCTis optimè possint decidi. Sic in 73.
 nostra Patria Academia Gryphiswaldensi jam ab Anno 1438. quo coe-
 pit, Cothmann. Respons. Academ. 1. num. 83. ferè per duo Secula, Excellens 74.
 Facultas Juridica fuit, quæ sua singularia habuit olim, vid. Academ. Statut.
 tit. de Facultat. Jurid. §. fin. habetque jam Statuta, juxta quæ in Delibera-
 tionibus & Votis Collegæ procedunt, estque hæc Facultas à Ducibus, 75.
 Principibus, Nobilibus, Civitatibus, & magni nominis Hominibus in
 summis & arduis Negotiis audita, sicut Acta Facultatis, quæ Decani sin-
 gulæ Annis finito Officio in Fasciculum colligunt, & Academiæ Archivo
 inferunt, videre licet. Sic non ita pridem super summo & arduo Tu- 76.
 telari Negotio, quod inter Duces Megapolitanos consistebat, & in Col-
 legio Electorum Imperii ventilabatur, nostra Facultas rogata Respon-
 sum dedit, quod Actis postea typis expressis cum Ingolstadiensium Sen-
 tentia adjectum fuit. Præter Facultates sunt & Scabinatus in Germania, 77.
 de quibus eleganter differit Chilian. König. in Process. Judiciar. cap. 23. Nec 78.
 minus in Westphalia privatim JCTi rogantur. Sed hodiè raro unius so-
 lius Sententia statur, & Scabinatum ubique non eadem viget autho-
 ritas.

Quando autem Consilia Sapientum rogantur tunc hoc sit vel à 79.
 Privatis, qui pro sua Informatione scire cupiunt quid Juris: vel à Judice;
 & hic

80. & hic post factam Conclusionem vel in contumaciam Actis pro con-
 81. clusis habitis, vel ex officio hoc facit, si ipse super Actis cognoscere non
 82. vult, vel ipsi causa ardua, & intricata videtur, vel alias rationes habet,
 83. vel fit ad instantiam Partium, sive utriusque vel unius, cum illis Index
 84. suspectus est. Unde solent petere, ut Acta transmittantur an eius puder-
 85. dächtige Juristen - Facultät. Hæc autem Transmissio, ut rite processat,
 86. solet præcedere Actorum Rotulatio, Actis usu Forensi magis, quam
 87. Jure introductus, Afin. in Prax. Florentin. §. 25. cap. 1. Bocer. class. 6. dispu-
 88. tat. 28. thes. 21. nomine etiam insolens, & ignota Latinitati yōtē Rotul.
 89. Hæc ut rite fiat Judex utramque partem citare debet, Pax de Seala tra-
 90. stat. de Confil. Sapient. lib. 3. cap. 1. Berlich. part. 1. Conclus. Præt. 42. num. 19.
 91. tum ne Acta manca & imperfecta transmittantur, & illis aliquid adda-
 92. tur, quod non est de Actis, tum ut Litigantes notum faciant à qua Fa-
 93. cultate Consilium privatim habeant, vel ut excipere possint, si aliquam
 94. Facultatem suspectam habeant, ne Judex ad suspectum locum mittendo
 95. totum Actum nullum faciat, Schrader. de Feud. part. 10. sect. 14. num. 19. &
 96. & 42. Partes citatae si veniunt vel contumaciter absint, fit Rotulatio,
 97. id est, visis & lectis Actis, iisque inventis plenis à Protonotario Num-
 98. berius distinguuntur, quod Quotiens vocatur, Schwanmann. de Process. Cam.
 99. part. 1. cap. 41. num. 8. deinde filo circumligantur, & à Rotulantibus per-
 100. quiritur, contra quas Facultates excipere velint, quod assignatur, liber &
 101. postea relictā Judici potestate quo transmittere velit. Debent autem Li-
 102. tigantes non nimii esse in excipiendo, & hac ratione Adversario immo-
 103. dicos sumptus creare. Quomodo olim in Causa Diffamationis Tobias
 Rappen contra Uxorem, hujus Advocatus Dr. J. Moringius hic in Con-
 104. fistorio Ecclesiastico omnes vicinas Academias Lutheranas emissis dua-
 105. bus excepit, id illius Advocatus Dr. Theodor. Mejer. subolfaciens quo
 106. tenderet, illas duas & simul omnes Reformatas excepit, gnarus in Cau-
 107. sa Matrimoniali ad nullam Pontificiarum Academiarum Acta transmis-
 108. sum iri: Consistoriales autem huic obviam euntes ea ad superioris Con-
 109. fistoriorum Ecclesiasticum Dresdense miserunt. Post Rotulationem antem
 nihil ad Acta admittitur, præter Consilia & Informationes Juris, quas
 110. tamen Judex legere obstricuus non est, & si Partes in Actu Rotulationis
 111. aliquid deducere, Mandata Procuratoria offerre, vel alias Processus sup-
 112. plere velint, talia rejiciuntur, vel si contingit admitti cum clausula:
 Quantum de Jure, sive ita Rechtens / extrinsecus Actis alligantur. His per-
 113. actis scribitur Epistola ad Facultatem, cuius etiam Copia Litigantibus
 114. dari debet, si petierint, nec denegari potest, alias appellatur, Maranta
 115. part. 6. tit. de Appollation. num. 8. sequentis plerumque tenoris: Praemissio Ti-
 116. tulo

tulo Honoris: Nachdem für uns in Sachen A.B. und C.D. beykommende 96.
Acta Gerichtlich verübet; Als übersenden wir euch dieselben / gnädig be-
 gehrend / ihr wollet die mit sonderbarem Fleiß verlesen / reißlich erwegen /
 und denselben ein recht- und billigmäßig Urtheil in unserm Mahnen ab-
 fassen / und uns bey Zeigern / der euch für eure Mühe ein ziemliches Ho-
 norarium einhändigen wird / nebenst denen *Acten* verschlossen zukommen
 lassen / &c. Aliquando etiam solent Judices vel Privati Epistolas Com-
 mendatitias, (Missiven, Bey- und Neben-Schreiben) Actis addere, de
 quibus Ernest. Cothmann. volum. 3. respof. 5. num. 2. 7. 14. & 23. ait, quod
 nihil sit periculosius, [Recess. Imper. de Anno 1654. §. Doch mit diesem Zu-
 sag &c. 113.] Posset dici si tantum Copiam Sententiae, eine Expon vom
 Urtheil / petant Judices ad Informationem, & eo fine, ut ipsi postea Sen-
 tentiam concipient, ex illa licitum esse, quanquam eo casu non opus
 Acta clausa remittere, vel Sententiam à Facultatibus petere sed Infor-
 mationem. Si verò Jura Partium scire volunt, & ea imminutum eunt,
 non potest non esse suspectum, & optimum eo casu denuò Acta tran-
 smittere Judicis Impensis.

Posthæc traduntur *Acta* Tabellario, qui etiam sicut & Protonota-
 riis speciali Juramento ligantur, quod clam velint habere, & nemini
 ante Publicationem, quod Tabellarius iverit, aperire. Facile enim con-
 tingere potest, ut aliis Narratis, vel Epistolis inducatur, durch Nach-
 schreiben. Hoc igitur vocant transmittere *Acta*, quando Collegio Fa-
 cultatis Juridicæ non exempto *Acta* per Tabellarium insinuantur. Ubi
 in Facto disputatum memini, cum à Dicasterio Judicii, quod nobiscum
 intra eadem moenia est, ad nostram Facultatem *Acta* mittebantur, &
 una Pars postea excipiebat, non posse pro transmissis *Actis* haberi, quid
 Juris esset? Transmittere quidem propriè dicitur ex una Civitate in ali-
 am, Territorio in aliud aliquid mittere, & præsentes sunt cum de Judi-
 ciis agitur, qui intra Urbis continentia sunt, l. 199. ff. de verbor. significat.
 & præsens habetur, qui in Hortis, in Foro, in Urbe, & continentibus
 Aedificiis est, l. 5. 6. & 7 ff. de Procuratoribus. Inprimis cum plerumque pe-
 tatur Transmissio auf eine aufwärtsche unverdächtige Facultät / pro extra-
 neo autem nequit haberi, qui intra moenia est, sed qui in alia Provin-
 cia est, l. 3. ff. de Offic. Praefid. quicquid enim intra limites Territorii in
 dubio præsumitur de Territorio, l. 1. §. 4. ff. de Offic. Prefect. Urb. Rein-
 king. de Regim. Secular. & Ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 23. Verumta-
 men cum verba secundum subjectam materiam sunt intelligenda, &
 in primis finis agentium adspici debet, Otto in Logic. Jur. tit. de Fine, hic
 autem ille sit, quod *Acta* tantum è Judicio quod videtur suspectum esse,
 H transmis-

- transmittantur ad aliud Judicium, quod tale non est, merito hoc loco
 110. pro extraneo Judice Facultas habetur. Sic in Jure abesse dicitur, qui à
 111. Tribunal abest, l. s. §. 5. ff. de fideicommissar. libertat. absentes, qui se invi-
 112. cem audire non possunt, l. i. & l. fin. ff. de verbor. obligat. l. penult. Cod. de
 contrahend. stipulat. §. 15. Institut. de inutil. stipulat. propter causam veluti qui
 Reipublicæ causa abest licet adhuc in Urbe sit, l. 4. ff. ex quib. causa major.
 113. qui pariete aut alio modo separatur, ut alius alium non possit videre,
 114. l. 21. ff. qui Testamenta facere possunt. & absens in specie est, qui non est eo
 loci, in quo loco petitur: habetur igitur Dicasterium pro alio loco,
 115. quam Colegium Facultatis: in primis cum exemptum non est. Sic olim
 116. cum Wolgasti erat, valebat Transmissio. In hujus locum autem suc-
 cessit locus Judicii, qui vocatur der Probstey - Hof/ id est, Praepositi
 Canonici Domus, quam etiam Princeps cum totum Cœnobium Hil-
 dense Academiæ Gryphiswaldensi concederet, sibi tanquam Regale
 olim Abbatis Hildensis in hac Urbe reservavit, & observatum, in An-
 117. nalibus antehac aliquoties propter Pestem aut aliam causam Dicaste-
 rium huc translatum & Jus dictum esse, ut adeò ille locus non sit pars
 Urbis seu continentis, sed pro exempto habeatur. Locus autem exem-
 118. tus non habetur pro ejus loci parte, à quo est exemptus, sed pro loco
 alieno, Cap. dilectus. 2. X. de Capell. Monachor. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 9.
 Knichen. de Subl. Territor. Jur. cap. 5. num. 150. Reinking. de Regim. Secular. &
 119. Ecclesiast. lib. 1. class. 5. cap. 1. num. 29. Paria enim sunt, extra Territorium
 esse, & esse in Territorio, sed esse exemptum, Cap. cum Episcopas. 7. de Offic.
 120. Ordinar. in 6to. nam in ipso Territorio potest esse locus exemptus, Vant.
 tit. de Nullitat. ex defect. Jurisdic. 9. num. 108. & hoc respectu locus quidam
 121. potest esse in Territorio, non tamen de Territorio Principis, Cap. si propter.
 122. 10. de Rescript. in 6to. Rectè igitur respectu Urbis tam Judicium Aulicum
 quod in loco Principi reservato est, quam Academia, quæ pars Civita-
 tis non est, & ita Colegium Juridicum dispositione Juris, & respectu
 subjectæ materiæ pro extraneis haberi possunt: quod etiam docent tot
 123. Acta à Senatu ad Colegium Juridicum tanquam peregrinum Iudicem
 in Civilibus & Criminalibus ferè quotannis missa. Interim pro amicis
 124. & domesticis quæ conversationem & facultatem, quæ unus alteri omnia
 amicitia, familiaritatis & benevolentia officia præstare tenetur, rectè
 habentur in unis moenibus consistentes & diversam ibi exercentes Juris-
 dictionem. Sic Ratisbonæ quinque Status Imperii sunt, Arumæ tractat.
 125. de Comitiis Imper. cap. 2. num. 47. §. sextus. In nostra Urbe quinque Fora hoc
 tempore, nempe Aulicum, Ecclesiasticum, Academicum, Civicum, &
 126. Militare, ferente ita conditione reperiuntur, quorum unum quoad Ju-
 risdictio-

risdictionem, & subjectos alterum pro extraneo habet. Lipsiæ eodem
 127. modo varii sunt Confessus Judicium, & tamen ab uno mittuntur Acta
 ad alium, & hac vice habentur invicem pro peregrinis, nec propterea
 Transmissio vitiatur.

Cum appulit Nuncius, offert Acta Decano Facultatis, qui resignat
 & concipit Sententiam postea super ea cum Collegis communicans.
 Ubi certum quid concluderunt Sententiam Actis includunt & ea remit-
 tunt, cum Epistola sequentis plerumque Tenoris: Auf Euer Fürstl.
 Gnaden gnädiges Begehrn haben wir die in Sachen A. B. Actoris contra C.
 D. Beklagten andern Theils / für Euer Fürstl. Gnaden ergangene Acta
 mit allem Fleiß verlesen / uns auch der Urthel darüber collegialiter mit ein-
 ander verglichen / welche den Acten einverschlossen Euer Fürstl. Gnaden
 von Brief - Zeigern / nebenst Designatio Sportularum, quia sàpè petitur, ne
 Tabellarius plus dicat quam dederit, cum Designatione quot dies man-
 serit, ut juxta eas Pretium diurnum, Mart- oder Liege- Geld accipiat.
 Sportulas autem accipiunt Facultatæ pro studio in Lectione Actorum
 adhibito, quod vel mittunt ex discretione, vel ex æquo postulatur,
 billchmäßige Gebühr/ quod non est prohibitum. Civilis Sapientia qui-
 dem est Res Sanctissima, & Pretio Nummario non aestimanda vel deho-
 nestanda, l. i. §. 5. ff. de extraordinar. cognition. Interim remunerandi gra-
 tia honor intervenire potest, l. 6. ff. Mandati. cum illa Pecuniola non
 propter venditam Justitiam quod absit cogitare, sed propter insumptum
 labore, quem quis aliis negotiis subtraxit, in recompensationem ejus
 velut Honorarium offeratur, l. i. §. 10. ff. de extraordinar. cognition. Multa
 enim honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur, l. i. §. 5. in fin. cod. &
 nemo tenetur alteri gratis servire cum suo incommodo, Tacit. lib. II.
 Annal. Sicut enim Assessori debetur suum Salarium, ut in fine dicemus:
 ita & JCti hic pro opera aliquid sumere possent. Consilium enim Sa-
 pientum est loco Assessori, Speculat. lib. 2. part. 2. tit. de Requisit. Consil. in
 princ. num. 1. vers. Si vero non sit. Berlich. part. 1. Conclus. Præl. 42. num. 25.

Redeunte Tabellario fit Citatio ad Litigantes ad videndum aperiri
 & resignari Acta in Partium præsentia, ut possint videre an Signa illæsa
 sint, Pax de Scal. tractat. de Consil. Sapient. lib. 3. cap. 27. Schrader. de Feud.
 part. 10. sect. 14. num. 35. Zu vernehmen und anzusehen / daß die wiedergeföh-
 mene Acta eröffnet / und ein rechtmaßig Urthel publicaret werde. Quod si
 nihil desiderent, aperiuntur, & solutis Sportulis, quorum alterum di-
 midium ante, alterum post Remissionem Actorum dare solent, publi-
 catur Sententia. Unde patet quod Transmissio Actorum ad Colegium

- Sapientum fieri debeat Sumptibus utriusque Partis, Schrader. *dict. loc.* num. 81. Berlich. part. 1. *Conclus. Pract.* 42. num. 20. Bullæ. *Discurs. Academ.* 9. *oper. subiſſiv. theſ. 10.* Quod an etiam eo caſu, quo una pars Actorum transmissionem petit, obtineat, dubium eſt? Affirm. Berlich. *dict. loc.* num. 26. quia utriusque utilitatem concernit, argum. *Cap. non ſanct. 15. cauſ.* 14. *quaſt. 5.* quæ ratio insufficiens eſt. Cūm enim alter Judici fidit, is vero, qui Transmissionem petit, cum ſuſpectum quodammodo facit, Juris ratio poſtulat, ne Consilium in alterius detrimentum ſumat, l. 75. *ff. de Regul. Jur.* vel alterum in Jure quaſito, quod in Judice habet, laedat, vel non necessariis Sumptibus oneret, Pax de Scal. *dict. lib. 3. cap. 11. Speculat.* lib. 2. part. 2. tit. de Requisit. *Consil. in princ. vers. Salar. sub lit. c.* Menoch. *de Arbitrar. Judic.* *Quaſt. lib. 2. quaſt. 3. cauſ. 228. num. 22.* Et hæc Sententia in Praxi recepta eſt, Bullæ. *dict. loc. theſ. 11.* & apud nos, ut quotidiana teſtatur experientia, hoc obſervatur. Accipit tamen limitationem niſi quis in Expensas condemnatus fuerit, & in ſpecie in Sportulas quod ſapere pectatum, ſapere etiam pronunciatum in noſtra Facultate memini, tunc enim vietus cum reliquias Sportulis etiam has tenetur exſolvere, vel is, cui adjudicatae fuerint.
- Gravis autem & ardua exſurgit hīc quaſtio: An Sententia alterius quam Judicis nomine puta Sapientum publicata in rem iudicatam transeat? Negativam tuentur magni nominis JCti, tum per l. 17. ff. de Jur. Patronat. ubi monſtratur ſemper ab uno Jurisperito ad doctiorem iri, & Sententiam prioris retractari poſſe, tum quod Sapientes Juridictione careant, ad minimū autem requiratur in Judice notio, l. 3. *Cod. de Furūdift.* l. 5. ff. de re iudicat. quod ex Probationibus privilegiatis Sententia lata ſemper poſſit retractari, uti & Sententia ex falsis Instrumentis, tit. *Cod. ſi ex falso Instrumentis.* Jason. in l. 31. ff. de Jur. Codicillor. num. 15. vers. ſecundo habetur. Marant. de Ordin. Judicior. tit. de Sentent. num. 13. Gail. lib. 2. obſervat. 111. num. 16. Mynsing. centur. 6. obſervat. 35. Treutler. part. 2. *disputat. 23. theſ. 2. lit. b.* vid. Hunn. b. loc. Clar. in §. Homicid. num. 45. Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 8. cap. 12. num. 4. Wesenbec. Paratitl. Pandect. de re iudicat. num. 8. Felin. Anton. de Butr. Mynsing. in Cap. Propoſiſti. 4. X. de Probation. Affirmatiyam & que famigerati JCti defendant, tum quod aliás nullus litium foret finis & res in infinitumabitura ſit, (2.) omnis Sententia poſſit retractari, & ſi quæ inuſtitia, illa poſſit (3.) Appellationis remedio tolli, Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 47. num. 83. Anton. Tefſaur. decif. 25. incipit: *Sententia lata.* num. 3. Abb. Panormitan. in Cap. Pro poſiſti. 4. X. de Probation. Brun. à Sole tractat. Loc. Commun. verb. Sentent. num. 5. Berlich. *dict. loc.* num. 5. & ſeqq. Carpzov. *Jurisprud. Forens.* part. 1. confi-

- tit. 26. definit. 2. num. 3. 4. Communis in hac Sententiarum diuerſitate Doctorum eft diſtinctio, quod Sententia ad Consilium Peritorum lata, aut eft adjecto Judicis nomine pronunciata, ex gr. Wir Richter erkennen nach gehabtem Rath der Rechts-Gelehrten für recht / vel ſimpliciter Judex conſulit Jurisperitos, & ſecundum Consilium profert Sententiam ſaltem legendo Consilium, ſo die Belehrung ſelbst an ſtatt des Urtheils eröffnet wird / vel poſtea ex Informatione concipit Judex Sententiam quod ſapere memini. Ibi valere Sententiam & tranſire in rem iudicatam: hīc nequaquam. Ibi valere rationes pro affirmativa, hīc pro negativa Sententia, Bocer. claff. 6. *disputat. 32. theſ. 13.* Bullæ. *dict. loc. theſ. 15.* Treutler. *dict. loc.* Hunnius in Treutler. ubi plures. Ego vero puto paulo aliter in hac quaſtione verſandum: & diſtinguendum an Judex cum conſenſu Litigantium ad petiūm corum, vel ex officio certis rationibus motus, Acta ad Collegium JCtorum mittat, an ſaltem clam & privatum pro ſua Informatione, quod facere ſolent non pauci curiosi Judices, avidi ſciendi quid in caſu proposito Juris ſit; vel Partes ipſi offerrant Consilium, & poſteā illud Consilium invita ſaltem una partim publicare velit. Priore caſu ſive Nomen Judicis adjectum fuerit, ſive non, ſive in calce Consilii ſcriptum, ſe ita pronunciare, ut in ſuprà ſcripto Consilio continentur, quod videtur exigere Marant. part. 6. in *Decif. Judic. Att.* Umm. *disputat. 19. de Proceſſ. theſ. 10. num. 43.* ſive non, puto ſemper in rem iudicatam tranſire Sententiam, nec ad peritioris JCti Consilium retractari, Bachov. in Treutler. volum. 2. *disputat. 23. theſ. 2. lit. b.* Carpzov. *Jurisprud. Forens.* part. 1. *confiſtut. 26. definit. 1. & 2.* ubi præjudiciis confirmat. Et hoc non tam ex rationibus pro Sententia affirmativa allegatis, quam his: quod certi in Jure modi ſunt expreſſi quibus retractatur Sententia, inter quos hīc non eſt. (2.) Judex non poſſit revocare Sententiam. (3.) Nomen Judicis per ſe non faciat Sententiam; cūm tamen hic adiſit, (4.) Judicibus daretur facultas retractandi Sententias, l. 2. *Cod. de re iudicat.* l. 10. *Cod. de Transalſion.* l. 13. *Cod. de Judic.* Et hoc tam respectu Judicis, cui perinde eſt, quomodo ſuum affenſum comprobet, cūm ab ipſius approbatione demum Sententia, non Sapientum, qui hīc ne notionem quidem habent, vires accipiat, quam Partium, qui gnari Acta tranſiſſa in Peritos quaſi compromiſſe videntur, l. 26. ff. de Judic. & niſi hoc ita eſſet, ut hodiē quivis ſua tueri fatagit, infinitas exſurgeret dubiis ſemper Judicibus, quis prudentioribus prudentior eſſet, quod ne qui-dem ipſi Prudentes determinarent ab utraque Parte ad futuris aſſecris: Nec obſtant huic Sententiae quæ pro negativa adducta ſunt. Nam in l. 17. ff. de Jure Patronatu. Imperatores mutant opinionem ſuam, non vero legun-

- leguntur Sententiam retractasse, & aliud etiam est in Imperatore, cui plus licet, quam in inferioribus se Judicibus. In (2.) verum est Sapientes carere Jurisdictione, sed sufficiet Judicem, qui pronunciat, habere. Sicut (3.) non ex privilegiatis Probationibus, sed super Actis fertur Sententia, absurdum etiam sit tales Prudentes pro Testibus considerare velle: Injuriousum etiam (4.) eslet Sapientum Consilium Falsitatis argui, & aliquem lapsum, qui contingere potest pro falso Teste vel Instrumento arguere. Putat quidem Mynsing. *dict. centur. 6. observat. 35.* metum Subornationis in Judice non praesumi, sed in Testibus, quod nihil est, cum & Judex subornari, & corrupti possit, & hoc ipsum contra Mynsing gerum est, ut non retractari posset Sententia tanquam à Judice lata, & a vero Judice promulgata, Bachov. *dict. loc.* Quod vero Maranta *dict. loc. in Decis. Judic. Att. num. 15.* putet Peritos non solvere, vel absolvere, vel condemnare, sed debere ita fieri: pronunciavit, id parum est, cum sit ex accidente & sèpè contrarium fiat, possitque fieri ut in praesenti tempore loquantur, nec ideo Sententia nulla, cum sufficiat quod constet de mente Judicis, qui super iis, quæ apud se Acta fuerunt, Sententiam ferre voluit, & alias Sententia per verba æquipollentia ferri potest, Bachov. *dict. loc.* Posteriore autem casu Sententia nunquam transit in rem judicatam, non tam ob defectum notionis, & quod Peritores possint inveniri, quam quod Judex se suspectum facit clam Informationes petendo, & extraneum Judicem male informando. Idem est si Partes offendunt, quod æquè suspectum est. Nec disting. si dicas posse fieri ut Partium JCTi idem pronuncient, quod à Judice rogatus. Potest esse & praesumitur, nihilominus hoc suspectum est, & Judex se talem facit si Partibus indulget.
- An autem eadem sit ratio si Sententia lata sit ad privati alicuius Doctoris Consilium, quam ad totius Collegii Juridici Responsum, dubium est? Id putant Interpretes non pauci, cum Doctoribus singulis potestas respondendi de Jure data sit, & tradunt Doctores multum esse egregii Doctoris Decisionem in terminis habere, Gomez. *de Action. §. 2. num. 6.* Wesenbec. *lib. 1. consil. 19. num. 63.* & talem non facile causâ cadere, Thom. Trivisan. *lib. 1. Decis. in Praefation. num. 53.* cum aliquando continget, ut feliciter etiam contra Collegium arma induat. Sic contra Lovaniensem Facultatem Juridicam scripsit Molinae. *volum. 2. consil. 34. num. 1.* contra aliam Cothmann. *volum. 1. consil. 40. num. 119.* & scribit idem Cothmann. *volum. 1. consil. 1. num. 527.* quod hodiè proh dolor! Responsa Collegiorum Juridicorum nimis leviter, & ut ille ajebat, superficialiter non medulliter cundantur. Imò cum excellenti Doctore vix integrum Collegium

- legium aliquando posse conferri scribit Anton. Maria Corat. *Commun. Opin. tit. 9. num. 37.* Rota enim juxta dictum Caffarelli, Advocati Romaniani, sèpè rotat, id est errat, Nevizan. *in Sylv. Nuptial. num. 62.* Winther. *lib. 1. Parthen. Litigios. cap. 11. num. 17.* Ego certè Viris doctis, & uni singulariter docto, qualis rara avis, nihil detractum cupio: Et observavi id alicubi fieri. Sic in Actis coram Judicio Praefecturæ Uphausen in Frisia inter Elisabetham Dn. de Ungnade, contra Joh. Müller, vel Friderici postpositos Creditores ventilatis, & Anno 1647. Mense Mayo ad nostram Facultatem transmissis, ad Nicolai Mengeri Jur. Uir. Doct. Responsum 20. Decembris Anno 1644. Sententia publicata fuit. Puto tamen ad unius Doctoris Responsum non æquè benè Sententiam quoad vires rei judicatæ promulgari. Sincerius est Judicium quod plurimum Sententia comprobatur, *Cap. Prudentiam. 21. de Offic. & Potestat. Judic. delegat.* & Consilia ubi multa ibi salus, Cardin. Tusch. *volum. 1. conclus. 784. num. 12.* Si etiam totum Collegium errat, facilior lapsus praesumitur in uno, *l. 2. ff. de Jur. & Fult. ignorant.* quandoque enim bonus dormitat Homerus, nec tam perspicacis ullus fuit ingenii, cui non monitor necessarius. Præterea quod Facultates aliquando errent, vel Judicis, vel Partium viuum est, quorum haec pro suo commodo rationes flectere & JCTos quibusdam omisis in suam Sententiam pellicere, ille ex Actorum Epitome Consilium implorare solet. Unde necesse est ut manca Acta postea pariant manca Consilia. Hinc in dubio plus sunt facienda Consilia Collegiorum, quam unius etiam excellentissimi Doctoris, Gail. *lib. 1. observat. 33. num. 3.* Simon de Prætis *volum. 1. consil. 307. num. 15.* Pruckmant. *volum. 1. consil. 50. num. 1.* nec puto tutò Judicem ad unius Responsum procedere posse, Georg. Christ. Walther. *tractat. de Jur. Stat. ac Privileg. Doctorum cap. 15. §. 96.* Hinc Advocati cordatores in perquisitione Decisionum Collegiorum specialium non secus ac Legum ipsarum laudabili exemplo multum operæ ponunt, Vivius *lib. 1. decis. 135. num. 4.* & magnificiunt si Decisionem Collegii in terminis allegaverint, nam in Casibus Jure non decisus licet imitari Exempla & Pronunciationes aliorum, *l. 54. verb. Divis. ff. ad SCrum Trebellian. l. 14. ff. ad Leg. Cornel. de falsis. Pistor. lib. 1. quest. 15. num. 106.* & pauperum Doctorum mos est respondere de Jure per Regulas Generales, optimorum vero per speciales Decisiones, Thom. Trivisan. *lib. 1. decis. 1. num. 1.* In Pomerania ad totum Collegium transmittuntur Acta, Ordinat. Pomeran. pag. 5. ibi: unverdächtige Juristen-Facultät. In Saxonia nomine Consultoris non unus JCTus sed integer Ordo intelligitur, Moller. *ad Constitut. Saxon. part. 1. constitut. 26. num. 4.* Berlich. *part. 1. Consil. Pratt. 42. num. 9.*

213. Prospicere igitur debet Judex, vel Pars, si perfectum Responsum habere velit, ut integra Acta ad Collegium vel JCrum mittantur, oportet enim ut robur insit Informationi de iis quae vera sunt, omisum nihil esse, non item falsa esse quae præsupposita, Tiber. Decian. in *Apologia adversus Alciat.* consil. 21. num. 38. Joh. Eichard. de *Offic. Judic.* thes. 80. & seq. Alias 215. veluti interrogabitis, ita quoque Responsum habebitis, inquit Pruck- 216. mann. volum. 2. consil. 18. num. 150. & majoris est aestimanda Informatio, qua super totis Actis concepta est, quam ea qua sit ad nudam alterius Inter- 217. rogationem, Decian. dict. loc. num. 38. Nam Consilia, ad Partis imple- 218. rationem facta, sunt suspecta, Marquard. Freher. de *Fam.* & *Infam.* cap. 18. num. 31. Ut enim narratum, ita impetratum, Cothmann. volum. 3. consil. 29. num. 401. & ideo Responsum ad unius petitionem obtentum, Jus in- 219. ter Partes facere non potest, Cothmann. volum. 1. consil. 1. num. 431. Capiunt ex his Decisionem, quod Doctores arbitrantur, Judicem non teneri Collegii Juridici Sententiam sequi, sed posse eam mutare, emendare, & corrigere, Berlich. dict. loc. num. 26. & 27. immo posse Senten- 220. tiam Consilio non conformem ferre, Schrader. de *Feud.* part. 10. sect. 14. num. 92. siquidem illa contra Jus fuerit, Speculat. de *Requisit.* Consil. num. 13. 221. Umm. disputat. 18. thes. 7. num. 27. & hoc etiamsi Sapientes partium consensu electi, Asinius in *Prax. Florentin.* §. 25. cap. 10. membr. 1. num. 1. immo Judicem 222. posse avocare Acta etiam Partibus invitis, Menoch. de *Arbitrar. Judic. Quaest.* lib. 1. quast. 23. num. 3. Bullæ. dict. loc. thes. 13. vel non expectato Juriscon- 223. sultorum Responso de causa pronunciare, Berlich. dict. loc. num. 29. Id enim verum esse potest, si Judex pro sua Informatione Peritos consulat, 224. ceterum si Partes consenserunt in extraeum Judicem, cogitur sequi 225. corum Sententiam Ordinarius, l. 26. ff. de *Judic.* alias se suspectum facit, dum se ingerit, l. 25. ff. de *Procurator.* & Partibus Jus quæsumum in Trans- missione tollit quod ipsi minimè licet, argum. l. 11. ff. de *Regul. Iur.*
226. Quæritur ergo ulterius, si Litigantes velint transmitti Acta ad Fa- 227. cultatem Juridicam, an Judex possit resistere, & ipse si velit Sententiam ferre? Affirmant id non pauci, eo quod pro Judice præsumatur, quod fit Vir bonus & prudens, l. 137. §. 2. ff. de *verbis obligat.* l. 18. ff. *judicat. solvi.* 228. l. penult. ff. de *Procurator.* in primis quia Legum peritus esse debeat, Can. fa- 229. tuimus. 8. disinct. 61. l. 14. ibi: legum. Cod. de *Judic.* Novell. 60. & per se scire 230. quod justum est, Authent. Hedio. Cod. de *Judic.* in princ. tum quod macula inuratur Judici, dicere eum suspectum, & ideo difficillimum probatu, nec aliter admissum, nisi oblato Libello Recusatorio, Zanger. de *Excep-* 231. *tion.* lib. 2. cap. 4. num. 18. Schrader. de *Feud.* part. 10. sect. 14. num. 57. Menoch. de *Arbitrar. Judic. Quaest.* lib. 1. quast. 23. Vant. tit. de *Nullitat.* ex defess. *Juridict.* 9.

- num. 140. Bullæ. dict. loc. thes. 2. Berlich. dict. loc. num. 12. Sed ab hac opione non vereor discedere, tum quod Judex seipsum offerens suscep- 232. tum se facit, argum. l. 25. ff. de *Procurator.* tum quod prudentius agat si 233. aliorum Sententiam audiat, tum quod hoc generali Germaniae Confue- 234. tuidine observetur, ut attestatur Zal. in l. 10. ff. de *Juridict. omn. Judic.* num. 13. & Statutis alicubi caveatur, ut Prudentiores consulant, Bocer. class. 6. 235. disputat. 28. thes. 21. lit. b. De Saxonia expressè id ordinavit *Ordinat. Polit.* 236. de Anno 1612. tit. von *Justiz-Sachsen* n. De Pomerania, Hof-Ger. Ordin. pag. 5. Und Land-Tags-Utscied de Anno 1606. §. Wir ic. In primis autem 237. *Ordinat. Criminal. Caxoli V.* in *Criminalibus* hoc expressè statuit artic. 105. & artic. fin. ibi: Beh den nächsten Hohen Schulen: & habet hoc rationem, quod agatur de Vita & Fama Hominis, non de grande legenda. Ubi ergo majus periculum, ibi cautius agendum, Cap. ubi periculum. 3. de *Elec-* 238. *tion. in 6to.* Hinc nemo ne quidem Excellentissimus Jurisconsultus de capite solus debet pronunciare, Bocer. tractat. de *Furtu* cap. x. num. 41. sicut etiam id non ausi fuerunt, Angelus consil. 199. num. 1. Paul. Castrenf. con- 239. sil. 203. num. 3. Ludov. Bolognet. consil. 8. in *princ.* quorum Exemplum se- 240. cutus est Ernest. Cothmann. volum. 1. respons. 15. num. 231. Res enim ardua plurimorum suffragia requirit, argum. l. 32. §. 13. ff. de *recept.* qui arbitr. re- 241. ceperunt. Cum igitur Lege hoc beneficium Transmissionis competit, nulla ratio est quæ Judici, vel alii permittrat adimere, l. 3. Cod. de *interdict.* & relegat. l. 2. Cod. de *libert.* & eor. liberis. l. 7. §. 1. & 2. ff. de *Senatoribus.* l. 2. Cod. 242. de *hereditar. action.* l. 1. Cod. si cert. petat. Et quanquam Judex præsumatur doctus, reperiuntur tamen pro conditione loci, in primis in Pagis, & Urbibus parvis docti. His autem Vitam, Famam, & maximam partem Fortunarum committere, oppido periculosum est, Carpzov. in *Prax. Criminal.* part. 3. quast. 116. num. 4. & seqq. Bocer. dict. loc. Joan. Monach. in *Prax. Judiciar.* part. 14. num. 1. 2. 3. Joh. Richter. de *Judic.* thes. 64. Bullæ. dict. loc. thes. 2. nec opus hodiè Libello Recusatorio sed simplex contestatio sufficit, Zanger. de *Excepcion.* lib. 2. cap. 14. num. 19. & satis suspectus est, quem Lex ipsa talen facit.

Sequitur jam Secundum Membrum, quando Assessores, vel Col- 245. legæ cum Referendarii Votis consentiunt. Quod si est: Referendarius concipit Sententiam. Hæc Conceptio respicit vel Substantialia, vel Ac- 246. cidentalia. Substantialia rursum consistunt vel in certis Materialibus, 247. vel Formalibus. De singulis videamus.

Formalia Sententiae consistunt in Conceptione certorum Verbo- 248. rum, quibus Judex exprimit, quid in casu proposito pro Jure haben- dum sit. In his juxta Speculat. de *Sentent.* §. 5. num. 16. Umm. disputat. 19. thes.

- theſ. 10. num. 42. Marant. Specul. Aur. tit. de Sentent. num. 55. & 58. occurrit, ut (I.) Nomen Judicis exprimatur, exinde enim licet videre, an competens sit, vel incompetens, quod si h̄c vitium eſſet, Sententia ob Exceptionem Incompetentiae, quae etiam in ipſa Executione opponi potest,
 249. nulla retrō fieret, Berlich. part. 1. Conclus. Pract. 57. num. 6. Hinc etiam sit, ut aliter ordinarii, aliter delegati Judices pronuncient. Perinde autem
 250. eſt utrum Sententia in plurali, vel singulari numero feratur, Lanfranc.
 251. cap. 10. de Jūdic. num. 9. ex gr. in plurali numero sub syllaba Nos, Wir / In Sachen ic. erkennen von Ḡdtes Gnaden Wir Bugslav ic. vel :
 252. Wir zum Hof - Gericht verordnete Director und Rāthe. vel : Erkennen
 253. Wir Superintendens, Director, und andere zum Geiftlichen Consistorio verordnete
 Rāthe. vel : Wir Bürgermeifter und Rath. vel : Richter und Aſſessores &c.
 254. Vel in singulari numero, v. gr. Ego, Ich Titius Vicarius, seu Delegatus &c. Ich Titius, Land-Vogt zu N. Burg-Richter zu N. &c.
 (II.) Nomen Partium, Actoris, vel si ex officio proceditur Fiscalis
 ejus nomine, & Rei. Cum enim in illis tribus Personis consistit Jūdi-
 255. cium, merito earum fit mentio. Ex. gr. Pronuncio in causa Titii Actoris ab una, Caij Rei ab altera. In Sachen Sempronii Klägers an einem / entgegen und wider Titium Beklagten am andern Theil; vel aliter, si plures sint. Ex. gr. In Sachen Mavii an einem / Stichi am andern / Sempronii Intervenienten am dritten / Fiscalis am vierten / Pauli & Consortes am fünften Theil ic.
 256. (III.) Tenor Libelli seu Causa, de qua agitur. Hoc ideo necessaria, quod ex eo ratione materiæ etiam de Competentia Fori constare possit: & quia, ut suprà dictum, juxta Libellum formatur Sententia. Tenor autem Libelli est plerumque Jus, unde formatur Actio. Ex. gr.
 257. In Civili Causa: In Sachen Titii contra Cajum, Debiri, vel Successorū. Vel sic: In Schuld - vel Schuld - Forderungs - Sachen. In Sachen Sempronii contra Lucium, eines freitigen Ackers / vel Ackers questionis &c.
 258. In Criminali: In Sachen Petri Anklägers an einem / Pauli Beklagten am andern Theil / Homicidii, Adulterii. In Land - Fried - brüdigen Sachen / Gail. lib. 2. de Pas. Publ. cap. 6. Vel: In Criminal - Sachen / In Inquisition - Sachen / Fiscalis vel Procuratoris Universitatis.
 259. In Matrimoniali: In Sachen Titii an einem / Cajii am andern / Spousalium, Divortii &c. vel: In Ehe - Sachen Cajii.
 260. (IV.) Substantia Processus, quæ in Litis contestatione, Juramento Calumnia, Exceptionibus, Probationibus, & Submissione, aliisque partibus consistit, ut Cap. preced. dictum, solent exprimi. Hoc dupli modo fit, vel latè, ut singula membra exprimantur: Ex. gr. Auf eingekommene

Kla.

Klage / geschehene Antwort / geführten Beweis und Gegen-Beweis / und endlich von allen Theilen beschuhene Submission in Sachen T. B. contra C. B. Debiti: erkennen und sprechen wir für recht ic. Opus non est ut hoc fiat, 262. sed expedit, quia facili via Processus vitia possunt notari.

Vel compendiosè nullâ, sive Libelli, sive Litis contestationis, vel 263. alterius partis expressâ factâ mentione: Ex. gr. In Sachen B. contra P. Fideiſſionis, iſt allem Vorbringen nach für recht erkannt. vel: In Sachen P. contra H. das Haſz betreffend / erscheinet aus den Acten so viel. Qua 264. Formula appetet Judicem se retulisse ad universum, quasi Sententiam tulerit omnibus Actis, & Actitatis convenientem. Et hoc Formulis exprimere volui, cum sciam ignaros ſep̄e h̄c titubare.

Denique (V.) debet Sententia in Scripturam redigi, & ex Scripto recitari, l. 2. Cod. de Sentent. ex pericul. recitand. alias ipso iure nulla eſt, l. 3. Cod. cod. Itaque non ſufficit Sententiam in Scriptis edi, ſed omnino ſcripta recitanda eſt, Bartol. in ditt. l. 2. Cod. nec ſatis eſt ſi Jūdex ſcribendo unico contextu voce Sententiam p̄ferat, Marant. tit. de Sentent. num. 57. Excipiuntur Interlocutoriae, Ummi. diſputat. 19. theſ. 39. Causæ Summariae, 267. Authent. Nisi. Cod. de Sentent. ex pericul. recitand. Non ſi cum Consensu Partium fiat, Lanfranc. cap. 10. num. 8. cum enim fit hic modus Jūris, privatius Padiſis eum immutare nequeunt, l. 38. ff. de Padiſis. Vant. tit. de Nullitat. ex defect. Proceſſ. 13. num. 73. Trentacing. de Sentent. refolut. 2. num. 4. & ſeqq.

Materialia Sententiae ſunt: (1.) Ut fit Juri conveniens. Judices id 269. ſolent ita exprimere: Erkennen wir N. N. für recht. Facultate hoc modo: Daß die Urtheil denen Rechten / und uns überschreiten Actis gemäß / erkennen wir Dechant, Senior &c. der Juristen-Facultät auf der Universität N. Recipit hoc dupliſem intellectum. Primus eſt, quod Jura ſunt congrue 270. applicata facto controverſo, ut iam appareat quid in eo æquum, vel iniquum, & de eo statuendum fit. Cum enim hoc difficultum fit, ut suprà probatum, deber naturam Actionis benè Referendarius confidere, cum ex illa de Justitia Causæ facile judicari poſſit. Quod si Actionis natura lateat, quod fieri poſteſt propter varias rerum figuræ, l. 1. princ. de Obligation. & Action. ut ad certam & nominatam Jūris Formam, Contractum ſcilicet vel Delictum res referri non poſſit, & ita novum negotium, l. 22. ff. de praſcript. verb. vel proprius Contractus oriatur, l. 19. cod. ad proximum negotio advertat, vel ad medium concludendi, & ipsam Conclusionem, ex his enim Investigationibus non difficulter apparet Actio, & Jus persequendi in omni negotio. Nam Contractus 271. & Maleſicia habent suas nominatas Perſecutiones, ſicut & Rerum Controversiae. Reliq̄ue vero Causarum infinitæ species habent generales 272. & ſpeciales. A quo.

- Actiones**, quibus vice aliarum utimur, l. 2. & seq. ff. de prescript. Rutger. Ruland. de Commissar. lib. 2. cap. 2 part. 3. num. 4. Benè Cicero lib. 2. de Oratore. de hac re primum (*inquit*) naturam causæ videat, quæ non quam latet; factumne sit queratur, an quale sit, an quod nomen habeat; quo perspecto statim occurrit Naturali quadam Prudentia non his Subductionibus quas isti docent, quid faciat Causam, id est, quo sublato Controversia stare non possit. Subductiones autem Cicero vocat inanes Philosophorum argutias, qualibus & nunc utuntur in dijudicandis Causis, & tractando Jure, magno Studiosorum incommodo, Ruland. dicit. loc. num. 4.
- Secundus intellectus est, quod Judex indicet Sententiam juxta Jura & Leges scriptas, vel Mores in Provincia receptos conceputum esse. Judex enim non secundum suum cerebrum vel Conscientiam judicare debet, sed juxta Acta, & quatenus Moribus & Legibus receptum est, princ. Institut. de Offic. Judic. Id apprimè necessarium est, pro diversitate enim Causarum & Locorum diversa Jura ad decisionem adhibentur, non quod Jura inter se diversa sint, & æquum æquo repugnet, sed quod Rerum & Circumstantiarum diversitas subducatur factum generali Regule, & res faciat alias, Hug. Grot. lib. 1. de Jur. Bell. & Pac. cap. 1. num. 10.
- Communiter ita proceditur: Si causa fuerit Spiritualis, quæ fidem concernit, ex Libris Prophetarum vel Apostolorum petenda erit decisione, Deuteron. 12. in fin. Esai. 8. vers. 20. Galat. 1. vers. 8. quod si dubium alicubi, vel taceat Scriptura, ad Patrum Decreta, vel Concilia, quomodo sana, recurrentum est: quæ si contrariantur Juri Divino, non attendenda, Cap. sunt quidam. 125. quest. 1. argum. Clementin. Ne Romani. in princ. de Electione. Ubi vero de Ritibus vel aliis Spiritualibus Causis agitur, olim in Republica Judaica Leges Ceremoniales erant, hodiè in multis locis Jus Canonicum, & Ordinationes Ecclesiasticæ seu Agendæ, quas vigore Pacificationis Religionis Principibus Augustanæ Confessioni addictis in suis Territoriis facere licet, attenduntur. Ego certè experior verum esse multis in locis in decisionibus Causarum Ecclesiasticarum Pontificis scientia attendi, quod tamen velim intelligi, non quatenus à Pontifice protecta sunt, ei enim nulla competit Legis ferendæ potestas, Cran. Diffr. de Pac. Relig. part. 2. problem. 4. & qui volunt contrarium Pontifici credere, suo faciant periculo & errore, sed quod olim receptum, cum necesse erat parcere, & illud Jus aperuit aliquas æquo & bono convenientes Decisiones, & in primis procedendi ordinem. Non igitur ex se vallet, sed usu, non auctoritate, sed ex prudentia & utilitate, non semper, sed quando Jus Divinum tacet. Sic in Pomerania in Instructione Consistoria-

sistorialibus data juxta Jura Divina, & Ordinationem Ecclesiasticam iubentur pronunciare, quod si ibi casus non sit decisus juxta Canones: ita vero si illi non repugnant Juri Divino vel Ordinationi Ecclesiasticae, quod si appetat, ad aliud Consistorium Ecclesiasticum causa transmitti jubetur, Tit. Nach was für Recht.

Si vero Causa Secularis est, tunc vel rem tangit publicam, vel privatum. Ita juxta Fundamentales Imperii Leges, quales apud nos sunt Aurea Bulla, Recessus Imperii, & similia definienda: vel si in Provincia quaestio est, juxta Provinciæ scita, Lands-Abschiede oder Revversalen.

Si privata res, initio respiciendum ad Consuetudines, & Leges Locales, quales apud nos Ordinum Provincialium und der Land-Stände Privilegia, item Privilegia Nobilia, Civitatum Plebiscita, & Statuta. Non etiam est negligenda forma procedendi in Provincia recepta. Talis apud nos im Land-Recht in Rügen / Visitationes Judiciorum & Consistoriorum, Hof-Gerichts-Bauer-Schäfer-Gefinde-Ordnung ic. Sic Anno 1633. in Conventu Provinciali Anclami convenit, ne Cause, quæ Dotalia concernunt, aut Abschœuer-Gachen / extra Patriam ad peregrinos Judices mittantur, §. Weil auch ic. Ratio fuit, quod plerumque hac in re extranei valde hallucinantur, & ideo contingat, ut tali causa ad plures Facultates missa, una Facultas absolvat, altera condemnet, tertia mitiget, ut Bullæ ait Discurs. Academ. 9. oper. subciv. thes. 20. immo tales Sententiae sèpè sunt ridiculae, nullæ, contrariae, quoad Executionem impossibilis, idem dicit. loc. thes. 19. non aliundè sanè; quam ex ignorantia Juris Communis, quod præsumitur, aut Localis, quod creditur, Winther. in Parthen. Litigios. lib. 1. cap. 11. num. 9. & 10. Hinc in Camera Imperiali ante omnia juxta Consuetudines Loci, ex quibus appellatum, Sententia formatur, Carpzov. de Capitulat. Casar. Germanor. cap. 9. num. 5.

Si Causa Feudalis, ex Jure Feudali speciali, veluti Sächsisch Lehens-Recht / vel generali, postea decidatur. In Pomerania habemus Nobilium Privilegia, Conclusiones Pomeranicas, quæ tamen nondum vigorem Juris ubique habent, den Wollinischen Land-Abschied quoad illa capita alibi alia.

Quod si specialia Jura non adsint, ad Jus Commune, quod est Syntagma illud concinnatum ex Pandectis, Codice, & Novellis, Institutisque, vulgo dictum Corpus Juris venit: Opus elegans, & cui si paucos nævios demeritis, omni sua parte ferè absolutissimum, Anton. Mathæ. Disputat. de Fundament. Juris aliter jacend. disputat. 7. thes. 34. Hoc autem ordine, ut una pars alteri, ubi aliter contrarietas conciliari nequit,

- quæ aliquando indissolubilis, deroget, *Disputat. i. Pandect. preliminar.* Sunt nonnulli qui putant in Rebus Secularibus, id verum, in Ecclesiasticis verò Causis seu Foro ubi deficit Lex, Jus Canonicum, si à Jure Civili discordaret, in mixtis causis utrumque sequendum esse, *Umm. disputat. 18. thes. 6. Bullæ. dict. loc. latissimè.* Ego repeto quod *suprà num. 289*, dixi, Jus Canonicum per se non habere Juris autoritatem, nec valere, nisi quatenus usus id approbavit, & ille usus Jus est licet ab accidente, quia primum Papa id adinvenit, Jus Canonicum dici possit. Certè Jus Civile deficere, non puto, & si alicubi desint verba, sensus reliquus est, qui interpretatione doctrinæ ad casus non positos applicari potest, *Mæstert. de Justit. Leg. Romanar. quæst. i.* si etiam in Jure Canonico quædam existat decisiō, non alia quæm tali interpretatione eruta est. Quomodo cadit decisiō in mixti Fori Causis, cùm semper præponderet Jus Civile, cui Jus Canonicum ancillatur si sanum est, vel interpretationem subministrat. Illud non abnuo: si casus neutro Jure, ex assumpto quod Papæ Jus valeat, inveniatur, Imperatoris Rescriptum, & Sententiam etiam Interlocutoriam licet in speciali casu pro Lege haberi, *i. fin. Cod. de Legibus. I. II. §. 2. ff. ad SCiam Trebellian.* Ratio est universalis Imperatorum voluntas, & quod diversa velle non præsumatur, *Bachov. ad §. 6. Institut. de Jur. Natur. Gent. & Civil.*
- Quod si verba cessant, & mens dubia, sed in aliis Judiciis Sententia similis reperiatur, in primis in Supremis Tribunalibus & Curis, qualis apud nos Camera Imperialis, Judicium Aulicum, vel Principum Di-
casteria, tutius ea sequi, quæm præfactè novam opinionem invenire.
- Vocantur talia Præjudicia, ideo quod quasi Judicem captivum faciant, & ambiguum, ut non possit melius de Jure respondere. Ea pro Instru-
ctione Judicis allegari posse, *Affl. Et. decis. 169. num. fin. Vant. tit. de Nullitat. ex defect. Jurisdict. delegat. 10. num. 20. & Camerale Decisiones pro Lege esse, dicit Græven ad Gail. in Proem. num. 5. Et 29. adeò ut Inferiores Judi-
ces secundum illas pronunciare debeant, Raudensis de Analogiis cap. 36. num. 137. Tessaur. in Proem. Decision. num. 31. Talia ex Cameralibus Deci-
sionibus collegit Gylmann. Gail. Tilemann. de Benignis, Mynsinger. Græven, aliisque. In Inferioribus Judiciis Carpzov. Moller. Schultze, & in Facultatibus Pistoris, Arumæ. Finckelthauß. Berlich. quæ ideo in fasciculum colligenda, ut longo tempore haberi possint.*
- Deficientibus Præjudiciis maturè deliberatis subveniunt communi-
nes Opiniones, quas tamen non ex numero, sed ratione, evidente ta-
men & vincente metimus, *Disputat. i. Pandect. preliminar. thes. 60.* nisi pa-
res sint numero, quo casu id Judicis arbitrio committitur, *i. i. ff. verb.*

- trebrior. ff. de Offic. Questoris.* Apprimè autem hinc prospiciendum, ne *Affectus Opiniones* in Mantellum Sententie sumat, & Casus pro Amico inve-
niat. Esse gratificationi locum Jura non negant omnino, veluti in Di-
visorii, Creditorum vigilantiæ, &c. *i. 29. ff. qua in fraud. Creditor. Gilhaus.* in princ. *disputat.* sed ubi factum, non homo, vel affectus eam reperit:
tunc enim sunt Casus pro Diabolo, quos Judex sequi non debet, *Tes-
saur. Decis. 60.* trutinare Opiniones, non aestimare, & si hic titubat, po-
tius quam alteri benè vel male velit, aliorum Opiniones audire debet,
vid. latissimè hac de re Bullæ. *dict. loc. disputat. 7.*
- Demum si communis non est opinio, non est inconveniens Ac-
cursum, Bartol. vel alium notæ Authoritatis & Celebritatis JCtum se-
qui. Tutius est errare cum alio quæm solùm, sicut etiam cum alio sen-
tire, quæm fluctuare, hoc tamen cum priori moderamine, ne quis in
verba Magistri juret, vel Partium Causæ aliquid det: quanquam tutius,
quia res alios concernit, Sapientes audire, nisi quis dicere velit apud
eos eundem defectum esse posse, & sic huic assertioni locum esse, vid.
plur. apud Bullæ. & Umm. *dict. loc.*
- Hæc Judex observare debet: Quod si omittat, poenâ dignus est,
de qua Cap. seq. vid. Umm. *disputat. 18. thes. 10. num. 46.* Quæritur autem
hoc loco: an Judex Rationes suæ Sententiae addere, vel inscrere tenea-
tur? Quicquid alii putent, negandum autem per Cap. *Sicut. 16. de Sen-
tent. & re judicat. l. 5. §. 1. ff. de re judicat. l. 59. rod.* Est enim Judex Vir bo-
nus & talis Legibus perhibetur, *l. 4. §. 1. famil. hercifund. l. 137. §. 2. ff. de
verbis. obligat.* & talis Viri Officio convenientia facturus præsumitur, *l. 2. Cod. de Offic. Civil. Judic.* si etiam Rationes subjungerentur, daretur forte
causa Advocatis cavillandæ Sententiae, & sic lis ex lite generaretur. Nec
aliter præcis JCts in usu fuit. Sic Scævola ad longam Facti Speciem
in l. 18. §. fin. ff. de Annis Legatis. respondit uno verbo, competere, & *l. 20. cod.* respondit secundum ea, quæ proponerentur, debere: & *l. 21. §. 2. in fin.* respondit restituendum esse: *l. penult. §. penult. ff. de Legat. 2. & 3. re-
spondit deberi.* Et hæc concisa ratio præ reliquis placuit Scævolæ in *l. 44. ff. de recept. qui arbitr. receperunt. l. fin. in fin. ff. de reb. dub. l. 122. §. 4. ff. de Ver-
bor. Obligat.* Hinc Speculat. tir. de Requisit. Consil. vers. Porrò. inquit sufficere
si in Consilio vel Sententia dicitur Exceptionem non admittendam, vel
talem absolvendum esse, *Pac. Scal. lib. 3. de Consil. Sapient.* Nec obstat,
quod Sententia, sicut Lex, ratione constare debet, & ideo si justa, non
esse causam cur omittatur, si injusta, posse eam corrigi. Nam verum
est Rationem debere subesse Sententiae, sed sufficit pro Judice præsump-
tionem esse quod illam attenderit. Et si justa est, celari potest, si injusta,
novis

344. novis rixis datur occasio. Sic in Pomerania necesse non est Causa.
 345. Sententiae inserere. Quod si Judex id facere velit, vel teneatur, ut in
 Holstia, non est iniquum, sed videndum an recte Causa examinata,
 ab Advocatis possit Judicii supinitas, vel error objici, quod non timo-
 tur, ubi cause latent. Et idem puto de Jutorum Collegiis es iisdem
 causis dicendum, quod ubi decisivè loquuntur, non opus habeant Ra-
 tiones allegare, Pax Scala de Consil. Sapient. lib. 3. cap. 20. sed possunt omissa
 Argumentorum enumeratione simpliciter Sententiam exponere, De-
 cian. volum. 3. consil. 60. num. 7. Hanc esse omnium Doctorum opinionem
 dicit Afinius in Prax. Judicior. §. 25. num. 1. & in Praxi observari, Anton. Ma-
 ria Corat. lib. 2. Conun. Opinion. tit. 9. cas. 23. num. 129. Solet igitur talis
 Formula usurpari: So wird Beklagter von angestellter Klage hiltlich ent-
 bunden. Sive: So ist Beklagter Klägerinnen das libellirte Güth Gute
 einzuräumen schuldig. Secus autem est, si quis privatim JCros consulit,
 sive ut sciat quid Juris, sive ut Judicii simul Informationem offerat, tunc
 enim quia scire vult quid Juris, & id est per Rationes discere, nulla ra-
 tio est, cur Judex renuat, cum alias vel negligens vel imperitus videri
 possit, Arumæ. volum. 2. decif. 1.
 352. Illud benè provisum in Pomerania & forsitan alibi, ut Referendarii
 post conceptam Sententiam Relationi & Actis addant Rationes in
 Scriptis, & postea in certum Librum consignent, ut futuris temporibus
 de Ratione Decidendi constare, & Principes videre possint quibus
 Rationibus moti in eam Sententiam devenerint, Ordinat. Pomeran. pag. 5.
 353. §. Und damit n. ibi: Mit den Rechtlichen Ursachen. & pag. 12. §. Wann
 zum n. ibi: Mit ihren aufführlichen Rechts-Gründen. Inde tamen non
 sequitur, quod Sententiae Rationes inserenda sint, cum utriusque affer-
 tionis diversae sint Rationes, & Causæ, cur illud fiat, hoc non fiat.
 355. (2.) Sententia debet esse clara, & certa, etiamsi de incerta Summa
 actum sit, §. 32. Institut. de Actionibus. Nam incertum sapè in petitionem
 venire non solum Judicia universalia, veluti Petition Hæreditatis, vel gene-
 ralia, velut Actions Tutelæ, Negotiorum Gestorum &c. admittunt, sed
 357. etiam particularia, veluti Actions arbitrariae, & in primis de eo quod
 certo loco, ubi Judicis arbitrio permittitur, quomodo satisficeri oport-
 eat, Actions bonæ fidei ratione Fructuum & Accessionum, ita in
 358. ipsis stricti Juris Actionibus, in quibus incertum petitur, veluti si factum
 aut aliud quid non certum promissum est. l. 75. ff. de verbis obligat. in
 360. cuius locum succedit interesse; Id dicunt Doctores debere à Partibus
 361. definiri ut ita quasi certum perant; Sed rectius cum Bartolo in l. 72. ff. de
 verbis obligat. dicitur, id quidem fieri posse, sed necesse non esse, quia
 frustra

- frustra sint, cum Judex non teneatur id sequi, sed pro suo arbitrio id
 taxare possit, Bachov. in disputat. 4. de Actionibus thes. 10. Et hoc est quod
 dicitur, licet de incerta quantitate actum sit, tamen Judicem quantum
 possibile est, debere Sententiam certam exprimere. Cujus ratio est,
 quod alias controversia non finiretur, sed lis ex lite fieret, quippe cum
 post hanc alia requireretur. Pater hinc aliquando posse Sententiam in-
 certam esse, quando scilicet natura Actionis, ut in Judiciis universali-
 bus, sive generalibus, & Actionibus alternativis id exigit, hoc enim casu
 ejusdem generis Sententia fertur, Joh. Faber in §. 32. Institut. de Actionibus
 num. 2. Schneidewin. ad dict. §. 32. num. 28. & seqq. eleg. & similis est Sen-
 tentia si quis petierit se servare indemnem, l. 2. Cod. de Sententia quia sine
 certa quantitate profertur. Nec definit inde Sententia conformis Libello
 esse. Difformis enim est, quando extra illud, quod petitum est, fertur
 Sententia, non cum quod petitum est, sine certâ quantitate determi-
 natur. Sic si Actor simpliciter interesse petat, & Judex illud taxet, est
 Sententia conformis Libello, Jason. in dict. §. 32. Institut. de Actionibus num. 27.
 & in Criminalibus, ubi nihil necesse est peti, ne quidem concludi, quia
 Republicæ negotium agitur, valet Sententia incerta, etiamsi ne qui-
 dem poena in ea expressa sit, l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turpilian. Quia verò
 Sententia certa dicitur vel simpliciter & in se, quatenus claris & expre-
 sis verbis constat, vel per Relationem ad aliud, veluti ad locum & tem-
 pus, Zaf. in l. 15. §. 1. ff. de re judicat. vel ad quantitatem antea determi-
 natam, Zaf. dict. loc. vel ad Instrumentum idque vel extrajudiciale, veluti
 Testamentum, quomodo valet Sententia: Restitue quod habes ex Te-
 stamento, Zaf. dict. loc. num. 3. vel Judiciale, veluti Libellum vel Petiti-
 onem Actoris, & valet Sententia, si pronunciatum fuit: Solve quod peti-
 tum est, l. 59. ff. de re judicat. An autem valeat Sententia: solve quod
 debes dubium? Mirè se hic intricate Doctores, qui de certitudine, quæ
 ex Libello vel Actis Probatoriis possent sumi, aliquid divinant quasi Ju-
 dex se eò retulisset. Tuitus dicitur talem Sententiam nullam esse, l. 21.
 §. 3. ff. de recept. qui arbitr. receperunt. Sunt enim tales Probationes plerum-
 que dubiae, & quod una pars affirmat, illi altera coneradicit, & quan-
 quam Judex super Probationibus arbitrari possit, manet tamen dubium
 an fecerit, vel an ad Libellum, vel alia, quæ valde dubia, respexerit,
 Joh. Faber ad dict. §. 32. Institut. num. 10. Umm. Disputat. ad Process. Judicior.
 19. thes. 10. num. 43.
- (3.) Sententia debet esse absolvatoria, vel condemnatoria, l. 35. ff.
 de Judic. debet enim negotium definire, quod nequit nisi uno horum
 casuum fieri, l. 3. Cod. de Sentent. & Interlocut. Vant. tit. de Nullitat. ex defect.

379. *Process. 13. num. 90.* nisi Sententia diversa Capitula habeat, quomodo simul condemnare & absolvere potest, Treutler. volum. 2. disputat. 23. thes. 2. lit. a. quanquam melius dicitur, tunc tot esse Sententias, quot Capita. Non autem opus est, ut Judex verbis *Condemno*, vel *Absolvo* utatur, rarius enim olim Judges ipsis usi, Brisson. de *Formul. Popul. Roman. lib. 5. pag. 458.* sed sufficit per aequipollentia exprimi, veluti Titium nihil debere, l. 21. §. 1. ff. de *recept. qui arbitr. repererunt.* vel Titium solvere debere, l. 59. b. tit. l. 5. §. 1. eod. Vant. tit. de *Nullitat. ex defect. Process. 13. num. 92.* Duaren. ad dict. l. 59. in *princ. Jason. in l. 1. ff. de re judicat. num. 16.* Imò ut Dn. Bartolus annotavit, Sententia in Camera pro nulla non habetur, si Judex pronunciet, videri Titium debere, Bachov. in *Treutler. volum. 2. disputat. 13. lit. b. in fin.* Hinc non valet Sententia: *Condemno* condemnandos, 384. absolvendo, Zal. in dict. l. 1. num. fin. Ut nec illa: Pronuncio Reum esse condemnatum, Zal. dict. loc. vel condemnandum, Marant. 385. in *Specul. Aur. tit. de Sentent. num. 125.* Haec verò condemnno, imò absolvō, 386. juxta Vant. dict. loc. est absolucionaria. Quod si dicat Judex, sibi non li- quere, Sententia nulla & absurdā est, Menoch. *remul. Posseffor. remend. 3. num. 748.*
387. Non solum autem causam principalem, sed etiam super accessoriis 388. simul Judex Sententiam ferre debet. Haec sunt in duplice differentia, vel enim rei petitæ cohærent, ut sunt Fructus, Usuræ, vel ad item perti- 389. nent, ut sunt Sportulæ, &c. De illis licet nihil dixerit, si post Judicium acceptum Actori abesse coeperunt, debet Judex simul pronunciare, quia tacitè simul petitæ sunt, l. 40. princ. ff. de *petition. hereditat.* l. 20. ff. de *rei vin- dicat.* l. 31. ff. de *reb. creditis.* l. 25. §. 7. ff. de *Aedilit. Edict.* Donell. lib. 26. Commen- 390. tar. cap. 4. lit. b. Si enim fundus vel alia res statim restitura fuisset, illas Petitori adiecisset, l. 2. ff. de *Usur.* l. 35. §. 1. ff. de *rei vindicat.* Si ante Judi- 391. cium potest, sed non tenetur Judex non imploratus eas adjudicare, dict. l. 25. §. 8. de *Aedilit. Edict.* Mynsing. centur. 4. obseruat. 55. Si ergò Actor illa- 392. rum rationem habere velit, simul eas petere debet, Umm. *disputat. ad* 393. *Process. Judiciar. 19. thes. 8. num. 31.* An autem haec accessiones generatim possint adjudicari? Dubium id punitat Treutler. volum. 2. disputat. 23. thes. 4. lit. a. sed male, quia Sententia certa esse debet, l. 59. ff. de *re judicat.* nisi 394. quis dicere velit, eam certam esse per Relationem ad Instrumentum, ex quo petuntur, vel Consuetudinem Regionis, vel Legem, ubi & quo- usque petuntur, Bachov. in *Treutler. dict. loc.*
395. Idem dicendum de Usuris, quæ ex mora veniunt, quas Judex non tenetur adjudicare, non enim sunt in obligatione, l. 54. sed necessarium est ejus Officium si quis eas habere velit, dict. l. 54. in *princ.* & l. 121. ff. de *ver- bor. significat.* Eadem

Eadem ratio est in Impensis in rem ipsam factis, illæ enim, prout necessariæ, utiles & voluptuariæ, & quatenus vel bona vel malæ fidei Possessor est, qui eas habere vult, si Jus Retentionis omittrit, non ipsi Actio Negotiorum Gestorum supereft vel condic̄tio certi generalis, ut Goedde. in l. 79. §. 1. ff. de *verb. significat.* sed saltem Officium Judicis, Umm. *Disputat. ad Process. Judiciar. 22. thes. 2. num. 9.* item thes. 3. num. 12. & 14.

De his, nimirum Sumptibus Litis, Gerichts-Rosten / l. 3. & 4. Cod. de *Fruct. & Lit. Expens.* l. 15. Cod. de *Judic.* subdistinctio est, quod sint vel necessariæ, quæ iuxta consuetum Judiciorum Moreni fiunt, & sine quibus causa exp̄ediiri nequit, Asinius in *Prax. Judicior.* §. 32. cap. 4. num. 1. vel delicatae, quas Litigantes suâ sponte, non exigente causa, fecerunt. Illuc referuntur omnes Sumptus, quæ pro opera Advocatorum, Procurato- rum, Notariorum, redimendis Processibus, Copiis Actorum, Compul- sorialibus, Executorialibus, Examinatione Testium, Sportulis, quæ Ju- dicibus, Nunciis, Transmissione Actorum præstantur, Cibariis & aliis in itinere necessariis fiunt. Huc spectant, quæ Litigantes suâ sponte, non exigente causa fecerunt, veluti si largiorem Arham, vel annum Salarium Advocatis dederunt, aut si in itinere largius insumerunt. De his vanum est dubitare quomodo petantur, cum non debeantur. Illæ ipso Jure in Judicium deductæ, l. 13. §. 6. Cod. de *Judic.* ubi non distingui- tur, an petitæ sint, an non, & facit ratio, quod prius peti non possint, quām debeantur, prius autem deberi nequeunt, quām factæ sunt; quæ ratio Donell. lib. 26. *Commentar. cap. 4. movit*, ut non petitæ Judicem ad- judicare debere scripsérunt. Mihi autem placet Jason. ad §. 1. *Institut. de Action. num. 145.* Obrecht. de *formand. Libell. cap. 16. num. 19.* Sententia, quod peti debeant, cum eâ ratione Sententia fiat certior.

Accidentia Sententiae & Relationis sunt, quod (1.) in certum Li- 407. brum debeat consignari, ut post futuris aliquando de illis constare pos- fit, Ordinat. Pomeran. pag. 5. & 12. & à Referendariis subscribi, legi, & ipsa 408. Relatio cum Causis ad Acta ponit. (2.) Ut Linguâ Germanicâ fiat, ea 409. enim nobis vernacula, & ita olim Cæsaris Jura doceri voluerunt, exem- 410. ple Romanorum, qui Decreta nolebant valere, nisi Latinè concepta, l. 42. ff. de *re judicat.*

CAPUT VIII. De Referendariorum Præmiis & Poenis.

S U M M A R I A.

1. *Præmia Virtuosis constituenda.*

K 2

2. *Præmia.*

2. Illa Honor & Salaria.
3. Honor Referendariorum summus est. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. Ille est in titulo Spectabilis.
14. Spectabilitas que dignitas?
15. Spectabiles qui in Jure nominantur? 16. 17. 18.
19. An Referendarii Questorum Dignitatem habeant, & quomodo? 20. 21. 22. 23.
24. Questura primordium Honorum.
25. Hodie Honor in Sessione, & Itione. 26.
27. Salarium Referendario dandum. 28. 29.
29. Salarium quid?
30. Jurisprudentia Pretio Nummario non debonesta.
32. Licet ex Publico Salarium sumere. 33. 34.
35. Salarium integrum debetur si quis non possit laborare propter Pestem vel Bellum.
36. Vel Morbum. 37. 38.
39. Vel Senectutem. 40. 41.
42. Possunt tamen à labore dimitti, & Emeriti cum annuo Stipendio declarari.
43. Si initio Functionis Referendarius moriatur, nihilominus integrum Hereditibus debetur Salarii. 44.
45. Immunitates habent sicut alii in Publico versantes.
46. Disquiritur an liberentur Patriâ Potestate? 47.
48. An à Tutela?
49. Cui quoisque Liberi à Tutela deciditur. 50. 51. 52.
53. Aliis Muneribus?
54. Cercere ob Delictum? 55.
56. Delicta Referendariorum quadam cum aliorum Delictis communia sunt.
57. Specialia Referendariorum Delicta. 58. 59. 60.
61. Rationes cur ideo in eos animadvertiscantur. 62. 63. 64. 65. 66.
67. Delictum Ambitus in Referendario quid, & quomodo coercetur. 68. 69. 70.
71. Processus qui in Dignitatis ademtione observandus demonstratur. 72. 73. 74.

Quia nemo gratis bonus est, ideo Præmia Virtuti in Republica posita, l. 5. §. 3. ff. de Jure Immunitatis. Ea Referendariis pro exaltatis laboribus nemo bonus denegabit. Consistunt autem in Honoribus potissimum, Salariis & Immunitatibus. Summum Referendariorum Honorem esse annotavit Cassiodor. lib. 6. variar. Lection. cap. 17. ubi pag. 33. num. 9. Formulam Referendarii exprimit his verbis: Quamvis tantum sit clavis queque Dignitas, quantum eam praesentia nostra conspectus illuminat (dum semper Honorem suscipit, qui nostra Colloquia decenter acquirit) nemo tamen Servi mones nostros tantum meretur, quam qui Referendarius esse dignoscitur. Per eum nobis

Cau-

- Causarum Ordines exponuntur, per eum Interpellantium Vota cognoscimus, & ipsis Responsa reddimus, ut Negotia compedita solvamus. Magnum est in hoc agone principali servire prudentia, & ad subitum sic dolores alienos afferere, ut conquerentium videatur Vota satiare. Quale est enim in tumultuosis Processionibus nostris nullâ permixtione confundi? aut minimè tantis clamoribus impediri? Necesse habet à turbatis exquirere, quod nobis possit placabiliter intimare, & distinctius referre, quam poruisset ardore. Arduum est trepidantium dicta componere, & verum dicere. Non tantum Interpellator formidat Negotii sui Casum, quantum sustinet iste in Relatione periculum. Si quid minus dixerit, inimicus afferitur, redemptus clamatur. Negotii Dominus timoris patrocinio potest sua verba convertere, Referenti autem non licet aliquid immutare. Sententia vero nostra tanta memoria cautela tenenda sunt, ut nihil additum esse videatur. Nobis plerumque audiencibus nostra dicturus es, & difficulti conditione confictus, Judicio nostro subjaces, dum alienas causas explanare contendis. Quapropter Referendarium te electio nostra constituit. Sed tu puritatem conscientiae, & veritatem lingua nostris adhibeto iussionibus. Eruditioνem verò mirabilem tibi collocatio nostra contendit. Quia, dum per te alios ordinat, quantitatem tua mentis exornat. Sub nobis enim non licet imperitos esse, quando in vicem cotis ingenia splendida reddimus, que causarum assiduitate polimus. Quapropter ea cunctia iussisse nos referre, qua aut debuitis aut poruistis accipere. Nostra sic probatis si justa ediscitis, amate quod nos glorificat. Sic velle vestrum quale videtur nostrum esse propositum. Ad summum, tales vos esse cupimus, ut etiam per vos Judices corrigamus. Peculiare de vobis aliquod vestigal exigimus, ut sicut vobiscum familiariter misceamus affatus, ita & nostra opinio specialiter à vobis mereatur affectum. Honor consistit in Titulo, ille est quod vobis centur Spectabiles, Novell. 10. in med. Panciro. in Norit. Dignitat. Orient. cap. 2. pag. 15. & 16. Spectabilitas autem est Dignitas media inter Senatorias, nam supra Spectabiles erant Illustres, infra Clarissimi. Ornabantur hoc Dignitatis titulo Praefectus Augustalis, Comes Orientis, Proconsules, Vicarii, Duces, Tribuni, Magistri Scriniorum, Comites Sacri Consistorii, Comites Domorum, Comites Scholiarum, Silentarii, Judices, Panciro. dict. loc. Calvin. in Lexic. Jur. verb. Spectabilitas. Gothofred. in fin. Novell. 7. De horum Privilegiis veteribus Panciro. dict. loc. pag. 16. eruditè differit. Dignitatem corum Joh. Matienzi part. 1. cap. 3. 4. & 5. à Quæstoribus sumit, quod illis similes sint. Quod non de Parricidii Quæstoribus, vel Aërarii intelligendum, cum nihil habeant cum illis commune. Sed de Candidatis Principum, qui olim Quæstors dicti, & legendis in Senatu Principum Libellis vacabant, l. 1. §. 2. & §. fin. ff. de Offic. Quæstor. Sueton. in Tit. ibi: Quæstor legit Principis Epistolas. ibi: Recepta à se prope omnium Officiorum cura, cum Patri nomine & Epistolas, & Edicta conscriberet, Orationesque in Senatu recitaret Quæstor vice. Tacit. lib. 16. ibi: Ingressi curiam Senatores, & Oratio Principis

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24. cipis per Quastorem condita est. Alias si Quæsturam accipimus pro primordio gerendorum Honorum, Sententiæque in Senatu dicendæ, l. i. §. penult. ff. de Offic. Quastor. illi Referendariatum hodiernum non malè comparare possumus, cùm ab eo progressus benemeritis ad altiora detur.
25. Hodiè Honor maximè inspicitur in Sessionibus & Præcedentia, quæ res per se nihil sunt, nisi quod necessariae quoad ordinem. Unde Referendariorum Honor non malè conjicitur ex loco, quo eunt, vel sedent.
26. Quod quia non est ubique idem, id sequendum, quod approbat loci conditio. Et inde nuper hic de Præcedentia inter Juris Licensiatum, & Referendarium exorta controversia decisionem accipere potest.
27. Salarium præterea Referendario dandum. Non enim sufficit Honoribus fulgere, si media vivendi, quæ omnibus non æquè affluunt, defint. Dux Pomeranæ suis vult prospicere, & solet in Vocationibus ejus fieri mentio, Ordinat. Pomeran. pag. 8. §. Sollen ic. ibi: Mit nothdürftigem Unterhalt. Salarium autem est annua erogatio quæ sui tuendi exhibendique causa præstat, l. final. ff. in rem verso. l. 8. §. 23. ff. de Transaction. l. fin. de Obligation. & Action. Quanquam Jurisprudentia Sanctissima Scientia, quæ Pretio Nummario non est de honestanda, l. i. §. 3. ff. de extraordinar. cognition. tamen nemo tenetur suis Sumptibus militare, dict. l. i. per tot.
31. Ideo rectè Referendariis, qui sua negligere coguntur, & Publico vacare, certum Salarium ex Publico statuitur, ne egeant. Jam olim laborantibus pro Publico, ex Publico largiri fuisse in usu demonstrant, l. 16. §. 1. ff. de alimen. & cibar. legat. l. 4. ff. de Decret. ab ordin. faciend. l. 51. §. 6. ff. pro Socio. l. 7. & l. 56. ff. Mandati. l. i. & l. 15. Cod. eod. & accipiunt ea Professores liberalium Artium ex Publico propter laborem publicum, l. 6. & l. 9. Cod. de Professoribus.
34. Hæc stato tempore exsolvenda, ut quis se & suam Familiam honestè nutrire, propagare, & ultra Plebeiorum Sorte in vicitate queat, l. 6. Cod. de Professoribus.
35. Salarium integrum debetur si Peste vel Bello impeditatur Referendarius suo Officio fungi, cùm per eum non stet, l. 38. princ. & §. 1. locat. conduct. Gail. lib. 1. observat. 44. num. 13. Sixtin. conf. 14. num. 11. Dec. conf. 70. num. 6. Multò minus debet id auferri, si propter Morbum non possit Officio præesse, ne afflito nova afflictio detur, ægri enim pro præsentibus habentur, l. 4. §. 5. ff. de statu Liber. l. fin. §. 1. ff. ad Leg. Rhod. de factu. & Morbus hic ex labore contrahitur. Id in Assessoribus Camere observatum patet ex Dubiis Camer. Imper. Nullo modo autem ob Senectutem, ne ingratitudo obrepatur, Cap. quamvis triste. 8. quest. 1. l. i. §. 13. ff. de variis & extraordinar. cognition. Senectus enim per se morbus est, & semper in Civitate venerabilis habita, l. 5. ff. de Jure Immunitat. Ita Ordinat. Pomeran. pag. 8. ibi: Und die so lang als möglich in ihren Almentern bey unsren Gerichten in Bestall

- Bestallung beyhalten wollen. Si tamen causa gravis est Rude donari possunt, & tunc illis annuo Salario prospiciendum ne egeant, argum. l. 11. ff. de Eviction. Gutierrez lib. 1. Practicar. Quast. 32. Quod si Referendarius initio Functionis moriatur, totius Anni Salarium ipsi deberi rectè dicitur, l. i. §. 13. ff. de var. & extraordinar. cognition. deberetur enim ex Lege, & tot sunt Stipulationes quot Anni, Cothmann. in Respons. Academ. 46. num. 1. & 2. Gail. lib. 1. observat. 44. num. 12. Mynsing. centur. 3. observat. 7.
- Immunitates habent Referendarii cum Assessoribus, & aliis Literatis in publico Officio versantibus communes. Seorsim dicit Joh. Matienz. de Offic. Requisit. Dignitat. & Eminentia Referendarior. part. 1. cap. 2. num. 13. in fin. quod (1.) Referendariatus liberet à Patria Potestate. Quia verò legitimus summum Patria status Dignitatem, & paucas alias in Authent. sed Episcopalis. l. 34. Cod. de Episcop. & Cler. subjecta. Novell. 81. memoratas hoc Privilegium habere, Doctoratui etiam, quo Referendarius est inferior, non attributum, huic opinioni, quæ Legibus destituitur, calculum subducimus. (2.) Liberat à Tutela. De JCts & Doctoribus Legum in aliquo Præsidatu docentibus, aliisque certum est, quod immunes non sint à Tutela vel Cura, l. 6. §. 12. ff. de Excusation. Tutor. nec coneeditur aliis, præterquam Romæ docentibus, §. 12. & Jurisperitis Consiliariis Principum, l. 30. eod. cuius ratio est, quod circa latus eorum sint, nec Honor delatus finem certi temporis ac loci habeat, Cujac. in dict. l. 30. lib. 5. Responsor. Qua de causa cùm Principes Pomeranæ non libenter velint Officiales dimittere, Ordinat. Pomeran. pag. 8. §. Und sullen ic. ibi: In ihren Almentern. illis etiam, præcipue ad Judicium constitutis, onus suscipienda Tutelæ remiserunt, pag. 15. §. Die Beyfiger ic. Ubi tamen Collegarum Liberi, & proximi Cognati, si illis Tutela opus, excipiuntur, argum. l. 41. §. fin. ff. de excusation. tutor. dict. pag. 15. in Ordinat. Pomeran. (3.) Non debent alia Officia gerere, ne implicari & pluribus intentis minor sit ad singula sensus, Ordinat. Pomeran. pag. 15. Die Beyfiger ic. (4.) Referendarii ob debitum non possunt publico mancipari Carceri, Angel. in l. 9. ff. quod met. caus. Non speciali certè Lege, sed quod omni Literato hoc Privilegium competit.
- De Delictis Referendariorum non opus est multum querere. Si enim commune delictum perpetrant sive publicum, sive privatum, par eorum cum cæteris Delinquentibus est conditio. Respectu Officii peccare videntur [1.] si injuriosis verbis in Senatu contra Collegas, vel in Relationibus utuntur. [2.] Si pigri sunt, & nolunt Officio præesse. [3.] Si inidonei sunt. [4.] Si singulares sunt, & contradicendi studio tenentur. Si [5.] contra Juramentum agunt: vel [6.] Litem suam faciunt. Poena ex Ordination. Pomeran. est, tit. von Straß der Gerichts-Personen. ibi: Unfleißig.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

- fleſfig. quod aliquoties à Directore debent admoneri, ut defiant, quod si bona verba nihil possunt efficere, Princeps eos vult removere. In Ia-
 62. juriosis rationis est, quod nemo cum discrimine alterius Famae va-
 63. gari debeat, *l. 8. ff. de Injur.* In pigris & inidoneis non levis est culpa. Cùm enim unusquisque sc̄ prius explorare debeat an ingenio fidere possit, *l. 2.*
 64. *§. 43. ff. de Orig. Jur.* certè culpa, est imbecillitatem suam non agnoscere,
l. 8. ff ad Leg. Aquil. & illa quidem lata est si quis scit, nolit tamen, & malit
 pigritiā suā interveniente nescire, quod omnes sciunt, *l. 212. ff. de verbis*
 65. significat. Si quis singularis sit, quòd magis novandis quam agendis re-
 66. bus aptus sit. Respublica autem Quietem & Tranquillitatem amet, *l. 1.*
ff. de Usucap. dum verecunda est cogitatio ejus qui Lites execratur, *l. 4. §. 1.*
ff. de alienat. Judic. mutand. caus. fact. Quòd si contra Juramentum egerit, in-
 famis erit. Si verò litem malè judicando suam fecerit, & id dolo, tunc
 veram estimationem Litis sifferre cogitur, *l. 15. ff. de Judic.* Si ex Imperitia
 quantum de ea re æquum Religione Judicantis videbitur, *princ. Institut. de*
Obligation. quea quæst ex delicto nascentur. quea autem sit Poena si contra Opin-
 ionem communem judicarit, tradit Umm. *Disputat. ad Process. Judicior. iij.*
thes. 10. num. 46.
67. Jure Civili Novellarum speciale delictum Referendariorum est, si
 ultra numerum impletum illam Dignitatem ambiant. Certus enim nu-
 merus eorum, in quo consistat, statutus, additâ, in ambitum, si quis ve-
 lit esse supernumerarius, Poenâ, quea est mulcta Decem Librarum Auri,
 68. & Spoliatio propriæ militiae. Nocet enim multitudo numerosa, ideo
 69. voluit Imperator eos Virtutibus & Justitia, non verò numero augeri,
Novell. 10. in fin.
70. Quomodo verò Dignitatibus suis ob Delicta spolientur, & qui ob-
 servetur Processus in Degradatione, quia nemo in Dignitate perire de-
 beat, non opus est longè arcessere. Cùm enim in Dignitate sint, &
 71. multa cum Assessoriis Judicii, Doctoribus Legum & JCtis communia
 72. habeant, eadem quea illic obtinet, & h̄c observantur, vide *Cap. degradat.*
tio. 2. de Pœnis. in 6to. & quea scripsit hac de re Jul. Clar. lib. 5. receptar. Sen-
 73. teniar. *§. fin. quest. 47.* Hartm. Hartmann. lib. 2. *Observat. Praef. 4. num. 8.* Be-
 nius de Privileg. *7Ctor. part. 2. pr. 44.* Reinking. de Regim. Secular. & Ecclesiast.
lib. 3. class. 2. cap. 2. & novissimè Georg. Christ. Walther. de *Jur.*
Stat. ac. Privileg. Doctorum cap. 24. §. 174. 185.



INDEX

RERUM ET VERBORUM,

In quo primus Numerus Caput, alter ejus Marginem exhibet.

A.

- A** Cta quea in Jure dicantur. *Cap. V. num. 2.*
 Acta quotuplicia. *ibid. n. 3.*
 Acta privata quea? *ibid. n. 4.*
 Acta Publica. *ibid. n. 5.*
 Acta Publica Reipublicæ vel Civi-
 tatis. *ibidem.*
 Acta apud Judicem in Judicio. *ibid. n. 6.*
 Acta voluntariam Jurisdictionem
 concernentia. *ibid. n. 7.*
 Acta contentiosam Jurisdictionem
 concernentia. *ibid. n. 12. & seqq.*
 Acta Processus. *ibid. n. 67.*
 Acta Causæ. *ibid. n. 80.*
 Acta quænam habeant Requisita. *ibid. n. 17.*
 Acta incipiunt hodiè à Supplicatio-
 ne pro impetrandis Processibus. *ibid. n. 75.*
 Acta debent fieri Parte præsente &
 citatâ, vel per Contumaciam ab-
 sente. *ibid. n. 43.*

Actorum nomen an mereatur
 quòd fit à Judice extra locum
 Judicii, vel à Notario coram Te-
 stibus. *Cap. V. num. 61.*

Acta justo Ordine scribi debent. *ibid. n. 62.*

Acta manca & neglecta rejiciuntur. *ibid. n. 120.*

Actis legendis an certi Referendariorum
 præficiendi, an verò Assessores
 id Muneris simul subire debeant. *III. n. 63.*

Acta quo tempore legenda. *V. n. 23.*
 quo loco. *I. n. 130.*
 quo ordine. *V. n. 134.*

Acta utraque, Ordinis scilicet &
 Causæ, an à Referendario legen-
 da. *V. n. 100. & seqq.*

Acta à capite ad finem usque sunt
 legenda. *ibid. n. 120.*

Acta si duobus commissa, primò à
 Juniore, deinde à Correferente
 Relatio fieri debet. *III. n. 78.*

Acta ad referendum tradita domi
 secreto sunt servanda. *IV. n. 29.*

Actio-

L

I N D E X

Actionis Causâ in Libello omissâ
Acta redduntur nulla. VI. n. 20.
Actionis Investigatio utilis. ib. n. 27.
Actionis Natura à Referendario
probè attendenda. VII. n. 272.
Actus Extrajudiciales dicuntur Fa-
cta, non Acta. V. n. 53.
Advocati à copiosâ Jurium & Do-
ctorum Allegatione debent ab-
stinere. Ibid. n. 89.
Allegationes quid sint? ibid. n. 81.
Allegationes cui primùm compe-
tant? Ibid. n. 83.
Allegationes versantur propriè cir-
ca Factum. Ibid. n. 85.
Applicatio Actorum ad Facti Spe-
ciem quomodo fiat. VI. n. 18.
Applicatio Juris ad Factum est prin-
cipalis Jurisconsulti Scientia. VII.
n. 3.
Applicatio Juris ad Factum consi-
tit in Conceptione Sententiae.
ibid. n. 4.
Assessores Cameræ quomodo con-
stituantur. II. n. 23.
Assessores Cameræ ex Actis refe-
runt. Ibid. n. 2. & III. n. 72.
Assessor causæ affinis, vel aliâs su-
spectus, suâ sponte causâ absti-
nebit, vel à Principe, aut Præside
Judicii abstinere jubebitur. IV.
n. 20.
Assessorum Officium, quando Vo-
ta super Sententiâ colliguntur.
VII. n. 9.
Assessores si Votis à Referente dif-
fident, quid Juris? ibid. n. 14.
Assessores si tempore Relationis
absint, quid obtineat? ibid. n. 33.

B.
Burg. Frieden quid, & quæ loca
habcent. I. n. 111. & 112.

C.
Causæ arduæ novis Assessoribus so-
lis sine Correferente non debent
committi. III. n. 74.
Causæ certæ excipiuntur, quæ ante
reliquas referri debent. V. n. 147.
& seqq.

Causæ eo ordine quo in illis con-
clusum ad referendum quoque
debent exhiberi. Ibid. n. 143.

Causa agendi ubi non appareat, Re-
bus absolvendus est. VI. n. 44.

Causa petendi quotuplex. ib. n. 31.
Causa petendi quas non Actor in
singulis Actionibus debeat alle-
gare. Ibid. n. 34. & seqq.

Comites Palatini ubi nomen habe-
ant. I. n. 96.

Consilia ad unius Partis impetrati-
onem facta sunt suspecta. VII.
n. 217. nec Jus inter Partes fa-
tore possunt. Ibid. n. 218.

Consultatio quid sit? I. n. 44.
in Criminalibus Prudentiorum
Consilia petenda. VII. n. 237.
in Criminalibus ne Excellentissimus
quidem JCTus solus debeat pro-
nunciare. Ibid. n. 238.

D.

Decisio ex quo Jure petenda, si causa
sit Spiritualis. VII. n. 285. De Ri-
tibus Ecclesiasticis. Ibid. n. 287.
Publica. Ibid. n. 295. Privata. ib.
n. 297. Feudalis. Ibid. n. 305.
Defen-

RERUM ET VERBORUM.

Defensio nemini deneganda. VI.
n. 54.

Delinquens in Edibus Imperatoris
capite potest puniri. I. n. 111.
Diversitas Causarum & Locorum
diversa Jura ad Decisionem adhi-
benda suadet. VII. n. 283.

Doctores quando solenniter creari
cooperint. Ibid. n. 58.

Doctorum Authoritas non neces-
saria amplius, sed probabilis tan-
tum est. V. n. 116.

E.

Ecclesia Major quæ dicatur. I. n. 77.

Ecclesie Majores vel Cathedratice
Negotia sua per Syndicos Capi-
tulorum hodiè expedient. Ibid.

n. 82.

Exception - oder Elisiv - Schrift. V.
n. 86.

Exceptiones contra Testes. VI. n. 57.
contra Instrumenta. Ibid. n. 58.

contra Evidentiam Facti. ib. n. 59.
contra Articulos. Ibid. n. 60.

Exceptio Incompetentia etiam in
ipsa Executione potest opponi.
VII. n. 248.

Extranei Judicis Partium Consensi
electi Sententiam ordinarius se-
qui tenetur. Ibid. n. 224.

F.

Facti quæstio incerta est atque im-
plicita. VI. n. 7.

Facti Species ex Libello Actoris in-
vestigari debet. Ibid. n. 9.

Facultas seu Collegium Juridicum
quæ Personis constare debeat.
VII. n. 61.

Facultates quando cœperint & un-
de dictæ. VII. n. 59.

Fora in una Civitate diversa, quoad
Jurisdictionem & subjectos se
invicem pro Extraneis habent.
Ibid. n. 126.

G.

Gratificationi in Jure aliquando
locus est. VII. n. 325.

H.

Honor Referendariorum summus.
VIII. n. 3. 4. & seqq.

I.

Imperatore presente omnes Juris-
dictiones quiescant. II. n. 19.
ad Imperatorem spectantia in Jure
passim vocantur Sacra. I. n. 107.

Judex debet supplere de Jure, quæ
Advocatis omissa fuerunt. V.
n. 110.

Judex secundum Acta debet pro-
nunciare. VII. n. 282.

Judici liberum est spretis Consiliis
seu in formationibus juris, id, quod
æquius videtur sequi. V. n. 115.

Juramenti Formula, quod à Refe-
rendariis præstandum. IV. n. 9.

Jus Pontificium quomodo valeat.
VII. n. 289. & seqq.

L.

Libellus ex Petitione seu Conclu-
sione regulatur. VI. n. 15.

Literas Commendatitias Actis trans-
mittendis à Judicibus addi peri-
culosum est. VII. n. 97.

Locus exemptus habetur pro extra-
neo. Ibid. n. 118.

Magistra-

I N D E X

M.	Pronunciationes aliorum imitari licet in casibus Jure non decis. VII. n. 208.
Magistratum Creatio annumeratur Regalibus	Cap. II. n. 6.
Manca Acta dant manca Consilia.	VII. n. 204.
N.	
Notario in eo creditur an sint Originalia Acta.	I. n. 151.
O.	
Opiniones Communes, non ex Numero sed Ratione metienda.	VII. n. 323.
Opiniones interdum in Judicando sequendæ.	ibid. n. 327.
Orationes Principum ad quem finem in Senatu fuerint habitæ.	I. n. 28.
P.	
Palatum in Jure quid dicatur.	I. n. 87.
Palatini quinam olim fuerint.	ibid. n. 88.
Possessionis summus est favor nec sine plenariâ Causâ Cognitione ab ea quis debet deturbari.	V. n. 184.
Præjudicia quæ vocentur.	VII. n. 319.
Præjudicia pro Instructione Judicis solent allegari.	ibid. n. 320.
Præses Judicii inter Assessores Acta ad referendum distribuit.	II. n. 32.
Probatio quomodo fiat?	VI. n. 51.
Probation - Schrift quæ?	V. n. 86.
Producta à Procuratoribus debent signari.	ibid. n. 76.
Professores Juris hujus Academiae olim ex Actis referebant in Aula.	III. n. 25.

Protonotarii quondam Officium.	V. n. 34.
Q.	
Quinque Fora sunt in Urbe Gryphiswaldensi.	VII. n. 125.
Quotiens quid?	ibid. n. 90.
R.	
Rationes non opus inserere Sententiae.	VII. n. 332.
Rechts-Sch. quid?	V. n. 88.
Referendarii vox unde descendat.	I. n. 12.
quomodo aliter vocetur?	ib. n. 21.
Referendarius quid.	ibid. n. 73.
quotuplices?	ibid. n. 74.
Referendarii Majoris Ecclesiæ.	ibid. n. 75.
Sacri Palatii.	ibid. n. 83.
Horum Officium quibus hodiè convenire videatur.	ibid. n. 113.
Referendarii Actorum.	ibid. n. 140.
Referendarius debet receptæ Religioni esse addictus.	III. n. 6.
Sufficienti Juris scientia instrutus.	ibid. n. 12.
Quale debeat habere Ingenium.	ibidem n. 31.
Debet esse Vitæ honestæ.	ib. n. 39.
Legitimè natus.	ibid. n. 40.
Patriæ Incola.	ibid. n. 47.
Referendariorum debet esse numerus.	ibid. n. 56.
Referendarii Officium præcipuum in legendis Actis consistit.	V. n. 1.
Referendarius omnibus aliis Negotiis deber abstinere & solum Judicio vacare.	IV. n. 11.
Ref-	

RERUM ET VERBORUM.

Referendarius absque affectu proprio æquabiliter juxta Acta & Probata Sententiam ferre debet.	V. n. 13.
Relationes ad Principem novo Jure sublatæ.	ibid. n. 62.
Retorsio an sit licita?	ib. n. 35. & seqq.
Rotulatio qualiter introducta.	VII. n. 85.
Quomodo ritè fieri debet.	ibid. n. 87.
Rotulatione factâ nihil ad Acta admittitur. præter Consilia seu Informationes Juris.	ibid. n. 92.
S.	
Salarium quid sit?	VIII. n. 29.
Salarium integrum debetur, etiamsi Referendarius abfuerit impeditus Peste vel Bello.	ibid. n. 35.
Vel propter Morbum.	ibid. n. 36.
Sene&tutem.	ibid. n. 40. 41.
Et si initio Functionis moriatur, debetur Hæredibus.	ib. n. 43.
Et statò tempore exsolvendum est.	ibid. n. 34.
Sententia an veniat nomine Actorum.	V. n. 77.
Sententia debet formari secundum Naturam Actionis propositæ.	VI. n. 24.
Sententia formatur in Camera secundum Consuetudines Loco-rum ex quibus appellatum.	VII. n. 904.
Sententia humanior quænam dicatur?	ibid. n. 25.
Sententia ad privati Doctoris Consilium lata, an in rem judicatam transeat.	ibid. n. 189.
Quid sine nomine Sapientum ad quos Acta transmissa fuerunt?	ibid. n. 150.
L 3	Senten-

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Sententiae Formalia consistunt in eo, ut exprimatur Nomen Judicis. VII. n. 248. Partium. ib. n. 254. Causa de qua agitur. ibid. n. 256. Substantia Processus. ibid. n. 260. Scribatur & ex Scripto recitetur. ibid. n. 265. & 266.	Sumptus Litis quinam? VII. n. 398. An etiam non petitos Judex debat adjudicare. ibid. n. 405.
Sententiae Materialia consistunt in eo, ut sit Juri conveniens. ibid. n. 269. Clara & certa. ib. n. 355. Absolutoria vel Condemnatoria. ibid. n. 378.	
Sententiae Accidentalia sunt, ut in certum Librum consignetur. ibid. n. 407. Verbis Germanicis exprimatur. ibid. n. 409.	
Sententia non tantum super Causa principali, sed & accessoriis ferri debet. ibid. n. 387.	
Sententiae Rationes annexae non est necesse. ibid. n. 333. Nisi privatim Iustus consulatur. ib. n. 350.	
Sportulas quomodo accipiant Facultates. ibid. n. 131.	
Sportularum dimidium ante, dimidium post Remissionem Actorum dari à Litigantibus solet. ibid. n. 41.	

T.

Tabellionum quandam Officium.	V. n. 26. & seqq.
Transmittere Acta quid propriè vocetur.	VIII. n. 102.
Transmissio qualiter ex dispositione Ordinat. Provinc. fieri debeat.	

VII. n. 41. & 84. & mult. seqq.
An utriusque Partis Sumptibus,
si una saltem Pars eam petierit.
ibid. n. 143. An possit fieri ad
Facultatem Juridicam invito Ju-
dice ordinario. ibid. n. 226
& seqq.

V.

Vocatio Referendariorum in Po-	
merania ad Principem pertinet.	IV. n. 4
Vota quomodo debeant colligi.	VII. n. 6. & seqq.

FINIS.

